



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij  
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||  
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... ab Aduentu usq[ue] ad Pascha ...

**Eck, Johannes**

**1534**

**VD16 E 292**

In Cœna d[omi]ni. Euan. Ante diem festu[m] pasch[æ]. Johan. 13.  
Homili[æ] septem Sex sunt de venerabili eucharistia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35308**

sanctis, in operibus bonis sese assiduo exercuerint sancti dei. Et uos igitur clamate ad dominum: Benedictus qui uenit ad nos in gloriosissimo corporis & sanguinis sui sacramento, Osanna, Salua nos domine, quia ad te clamamus, salua nos in sublimibus & excelsis patriæ celestis, Amen.

## VSUPER EVANGELIUM

lium Iohannis 13. in die Cœnæ dominicæ.



**I**n illo tēpore: Ante diem festum paschæ, sciens IESVS quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mūdo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et Luc. 22 cœna facta, cum diabolus iā misisset in cor ut traderet eum Iudas Si-

monis Iscariotis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit & ad deū uadit, surgit à cœna, & ponit uestimēta sua. & cū accepisset linteū, p̄cinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo q̄ erat præcinctus. Venit ergo ad Simonē Petrū. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit IESVS & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem Matth. 27.  
Luc. 19  
Supra. 6

postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei IESVS: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei IESVS: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit, non estis mundi oēs. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua, & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me, magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.

## HOMILIA PRIMA.

**E**uangelium hoc sanctum eo in ecclesia catholica hodie legitur, quia historia illa eodem hoc die contigerit, & quia hodie Christus corporis & sanguinis sui instituit sacramentum; multiq; adeo illud laudato sane & Christiano more solent accipere, ut id ipsum dignius aliquanto magisq; pie facerent, in hoc eodem euangelio docentur. Docentur enim hic lauare pedes animarum suarum, ne illud in iudicium suscipiant & condemnationem, sed potius in salutem animarum. Ideoq; textum euangelicum breuiter placet ad literam declarare, & deinceps de felici sumptione tanti sacramenti paulo copiosius disserere.

¶ Principio hic dicit Iohannes: Ante diem festum paschae, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, non quod antea ignorarit, semper enim & hoc sciuit quem nihil later. Ideoque omnes euangelistae, inquit Cyrillus, uelut ex industria saepius descripserunt, quod mortem passionemque suam praesciuerit Christus, ne quis haereticus exurgens, illum calumniatur tanquam ex infirmitate non ultro demortuum, sed Iudaeorum laqueis irretitum, crucis patibulum non sponte sustinuisse. Deinde uide quam ciuilitate hic euangelista Christi mortem transitum uocat, ut transiret, inquit, ex hoc mundo. ita enim conueniebat etiam tempore paschali, ipsaque adeo nomini, quod Hebraeis transitum (autore etiam Chrysostomo) sonat.

Joh. 13.

Cyrillus.

¶ Porro euangelista sic ait, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Suos uocat apostolos, quos ex uniuerso mundo elegerat: eosque dilexit in finem, quoniam niam propter ipsos, totiusque etiam mundi homines mortuus est. Augustinus hoc ad altiore reuocat intellectum, putans exiguum illum esse amorem, qui cum morte moritur & desinit, cum tamen Christus suos semper & sine fine diligit: ideo intelligit Christum dilexisse suos in finem, hoc est, in seipsum, cum Christus finis est legis ad iustitiam unicuique credenti, ipse pascha nostrum est, ipse nosster finis est, in eo sunt omnes gressus nostri, cogitationes quoque omnes & sensus.

Augustin.

Roma. 10.

2. Facta coena, non illa corporis & sanguinis Christi Iesu, sed paschalis agni secundum consuetudinem Iudaeorum in lege positam. Tunc postquam lauit discipulis suis pedes, demum altaris sacramentum instituit. Figuratus enim ille paschalis agnus, non tanta indigebat preparatione & mundicie, quanta nostrum hoc sacramentum. Hinc aduerte, Cum Iudaei tam diligenter se preparaerint ad paschalis agni esum, ut Iohannes ait, Proximum erat pascha Iudaeorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarent seipos. Cum etiam Christus ante institutionem sacramenti prius pedes lauerit, quo satis aperte indicauit, quam multo maiori preparatione nos debeamus sacramentum suscipere.

Johan. 13.

- Quid itaq; nostri faciunt neochristiani, qui tam turpiter imparari, inconfessi, à foro redeunt, accedunt sine deuotione, & ore polluto sacramentum sumunt, sicut Iudas.
- Nume. 16.** Non mirum si terra dehiscens, illos deglutiret, ut Core, Dathan & Abiron. Neq; tamen impunes euadent, sed de hoc aliàs. Iohannes inquit: Cœna facta, non intellige finit
- Augusti.** tam esse prorsus. Nam ut Augustinus recte colligit, Christus iterum discubuit à pedum lotionem, intinctum quoq; panem Iudæ dedit. Aduerte hinc cœnâ non omnino peractam esse, sed solum agnum paschalem comesum, quem secundum legem festinanter & propere edere oportebat.
- Iohan. 13.** Cum diabolus immisisset in cor Iudæ, ut proderet eum. Intellige diabolum commouisse sensualitatem Iudæ per impressam imaginem, qua deinde ad malum eius uoluntas est prouocata. Ipse enim non potest sine medio operari in nostram uoluntatem, nisi in sensum nostrum, sicut Augustinus dicit: Ideo nobis scientia boni & mali datur, quia sunt spiritus mali & boni. Hic uero plurimum refert cui se uoluntas hominis applicet, quod Dauid ait: Immissi onem per angelos malos. Sed malitiam Iudæ uide, inq;
- Augustin.** Augustinus dicit: Ideo nobis scientia boni & mali datur, quia sunt spiritus mali & boni. Hic uero plurimum refert cui se uoluntas hominis applicet, quod Dauid ait: Immissi onem per angelos malos. Sed malitiam Iudæ uide, inq;
- Psalm. 77**
- Chrysostr.** Chrysostr. à qua eum non conuiuium, non communi mensæ potuit auocare. Mouere tamen poterat, quod omnia à patre Christo tradita erant. Vnde etiam Iudas in Christi potestatem à patre erat traditus, ut diuus Augustinus ait, sed piscatoris hic artificium considera, q; magnam Christi humilitatem descripturus, prius magnam eius maiestatem indicat, omnia in potestatem sibi suam à patre esse data inquiens: sed uide, hic, qui ex altissimis à patre egressus est, sese humiliat: qui uero à diabolo, se supra dei filium extollit, inquit Theophylactus. Christus surrexit à cœna, & posuit uestimenta sua. Quare uestes suas deposuit Iesus, iam in lotionem pedum, flagellandus, illudendus, crucifigendus. Significat hoc quatuor hominum genera. Nonnulli homines facile ad deum conuertuntur, alij difficulter, alij uix in fine uite, alij nunquam, ut damnati. Euangelista quinq; describit maximæ humilitatis in Christo indicia. Deposuit uestimenta sua, intellige superiora illa, nam se ipsum exinaniuit in forma dei existens, Deinde linteo se præcinxit. formam enim ser-

iri induit, quia humanitas linteum fuit. Tertio aquam in peluim fudit. Effudit enim in cruce suum sanguinem super terram in peccatorum remissionem. Postremo pedes lauit, & linteo exersit. Quid sibi hæc uelint, mox audiemus. Dubitant doctores in quo apostolo cœperit lauare. Origenes eum à minimo cœpisse sentit, sicut in parabola paterfamilias ab ultimis incipiebat: sic quoque Christus omnes lauerit, & postremo ad Petrum peruenerit, qui amoris ardore solito reuult. Chrysostomus existimat Judam primum lotum esse, qui id hominis stulti & stolidi more perpeffus est. Christum namque nihil reuerbatur. Augustinus uult eum in Petro apostolorum principe cœpisse. Qui ut Cyrillus ait, solita reuerentia reuult, quod ille quem confessus erat dei uui filium, sibi lauaret pedes. quasi diceret: Tu domine mihi lauabis pedes manibus istis, quibus cælos condidisti, leprosos mundasti, mortuos resuscitasti: Non lauabis mihi pedes in æternum. sed modeste hunc Christus reprehendit, nescire dicens eum iam quid faciat, sciturum autem postea, cum ad humilitatem eos iam admoneret, siue cum sacramentum institueret. Minatus quoque huic est, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Cyrillus inquit, Nisi admirabilem de humilitate doctrinam accipias, nihil mihi tecum commune erit: & si non gratia mea sordes peccatorum tuorum lauero, non eris cælestis regni particeps.

4. ¶ Audiens sententiã dñi Petrus, hinc amore, isthinc metu distinebatur: maluit tamen Christum coram suis pedibus humiliari, quã sua se portioe carere dicebat ergo Domine, non tantum pedes, sed & caput. hoc est, omnia membra mea. unde docemur magistratum mandatis non resistere, sed obediẽter eis parere: tunc etiam, cum putamus nos illos iniqua imperare, cogitare debemus potius eos melius nobis rem intelligere, atque sic in optimam partem aliud quod faciendum mandare. Pertinax satis erat primus Petrus in recusando quod offerebatur: sed seriam audiens domini sententiã, facile admisit. utrunque adeo illud ex charitate fiebat: quomodo sapientis esse agnoscitur, ex rationabili causa mutare propositum.

Origenes

Matth. 20

Chrysost.

Augustin.

Cyrillus.

Cyrillus.

Thomehy

Chrysost.

- Johan. 13.** Qui lotus est, inquit Christus, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Sermo hic obscurus est & latius inuolutus. Doctores hinc colligunt apostolos esse baptizatos, non tantum à Iohanne, qui baptismus suo etià ipsius testimonio nō mundabat, sed etià à Christo priusquam commissionem baptizandi ab eo acciperent: & quamuis ipse per se Christus turbas non baptizabat, undecunq; ad ipsum confugientes, apostolos tamen credidit baptizasse, sicut hic innuit. Sed hic mouetur fortasse quis
- Augusti.** & dicit: Imò si mundus est totus, quid ei opus est uel pedes lauare? Aut non pedes etià mundat baptismus? Ad hoc sane responderetur: Quia tres sunt in hominis anima partes, suprema illa mens seu ratio, & eiusdem rationis pars inferior, atque corporea ista sensualitas. Quamuis igitur hominem emundat baptismus, tamen quàm diu ille in hoc mundo uiuit, tantum sibi cauere non potest, quin ali quando peccet uel concupiscentia saltem in hoc mortali & peccatis obnoxio corpore, subinde ad defectibus malis ueluti fumis ex incendio carnis exurgentibus. Quapropter
- 1. Johan. 2.** & Iohannes dicit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, seducimus nos ipsos, quod & Paulus non semel con-
- Rom. 7.** queritur. Pedes itaq; illos lauare debemus semper, sine quibus in terra uiuere non possumus: atq; hoc est quod spō-
- Cantic. 7.** sa ait, Laui pedes meos, quō coinquinabo illos? Hoc etià illud est, quod de palmitibus in euāgelio narrat dominus, dicens eos continua purgatione indigere, in hoc ut fructus afferant. Sic ergo discipuli mundi iam ante erant ca-
- Johan. 15.** pite, quo uniti deo inhærebant per fidem & charitatem. Mundas quoq; manus habebant per opera sua bona. Uerò pedes eorum ipsius sensualitatis, quando uitio non carebant, iugi & assidua emundatione opus habebant.
5. ¶ Lotione pedum iam peracta, residet dominus, re sumptis, quas antea deposuerat, uestibus. Sedens ergo ad doctrinam, ait: Scitis quid fecerim uobis, hoc est, magnū illud humilitatis opus perpendite. Dominum deinde se & magistrum uocat, non utiq; ex superbia aut ambitioe, sed in beneficium & doctrinam nostram, ut sciamus cum sit necessarium, conditionem, dignitatemq; officii nō celare, sed indicare, modo ne id fiat per arrogantiam, sed

ut inde alii, quid facere debeant, admoneantur. Sic Paulus inquit: Si uolero gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam. *2. Cori. 12. Psalm. 33* David ait: In domino lætabitur anima mea, quod si igitur anima serui lætatur in domino, quanto potius anima domini? ut iam nec male, nec immerito coram discipulis suis se Christus & dominum profiteatur & magistrum, quin magis uideant illi exemplum humilitatis, quod ipse dominus & magister eorum lauerit pedes: ut sic illi exemplum hoc imitantes, eandem humilitatem facto & opere expriment: quoniam scire bonum, omnium est: facere autem, non omnium, ait Chryso-  
Chryso-  
stomus.

stomus. Lauare, inquit dominus, etiam uos debetis alter alterius pedes. per quod intelligi uult, quodlibet opus bonum proximo nostro exhibendum, Quotiescunq; enim proximo homini remittimus, quæ aduersus nos commisit, pedes ei abluim<sup>9</sup>: Quando cunq; pro peccatis aliorum deum deprecamur, pedes eorum lauamus: cui etiam absolutionem peccatorum à deo deprecatur & petit sacerdos, eidem pedes abluit. Ad literam quoq; seruauerunt hoc sancti homines primitiuae ecclesiae, lauantes alijs pedes humiliter atq; exemplo Christi. unde & Apostolus cum  
1. Tim. 5.

uiduam bene meritam commendaret, si hospitio, inquit, recipit, si sanctorum pedes lauit. Idcirco beatus Augustinus  
Augustinus

admonet etiam, & hortatur ad corpoream pedum lotionem, quam uis præstet spiritualiter implere, & subinde pedes adfectuum & concupiscentiarum abluere, ut sic penitus emundati in hac uita, mundi, sine ruga, omniq; labe & macula ingredi possimus in uirã æternam. Quod nobis donare dignetur dominus noster Iesus Christus pro merito suæ amarissimæ passionis & mortis. Qui est in secula benedictus. Amen.

**DE VERA PRAE-  
 PARATIONE AD SVSCIPIEN-  
 dum uenerabile corporis Christi sacra-  
 mentum, in die sancto coenae  
 dominicae.**

hh



**N**otandum hic est prædicatori, ut si forte de susce-  
ptione sacramenti dicturus sit alia die, quam hac  
ipsa cœnæ domini, ut ferè fit feria quarta proxi-  
me præcedenti, euangelium accipiat de tempore uel ali-  
ud de corpore Christi.

**Parte. 3.** ¶ Deinde plura super huius sacramenti materia & de  
ueneratione eiusdè, require in ordinario illo festo cor-  
poris Christi.

¶ Similiter contra hæresim de utraq; specie, & de er-  
rore quo asseritur remanere hic panem & uinum, uide  
homilias in parte de sacramentis, & alia multa inuenies  
in locis iam citatis.

### HOMILIA PRIMA.

**T**ransiturus dominus noster Iesus Christus ex hoc  
mundo, & corpus suum illaturus sideribus, in me-  
moriâ sui, dilectissimis discipulis & charissimæ  
sponsæ uniuersæ ecclesiæ hoc uenerabile instituit sacra-  
mentum sacratissimi corporis & sanguinis sui, ut sic quo-  
tidie offerretur in mysterio, quod semel oblatum est in  
precium: & ut quemadmodum semel omnes homines re-  
demerat dominus, quæ etiam perpetua futura esset redem-  
ptio, ita illius sacrificium quoddam iuge foret & perpetu-  
um. Atq; ut amici boni si quando discedunt ab inuicem,  
memoriâ sui prius mutuo inter se firman, firmatamq;  
relinquunt, & muneribus ultro citroq; datis stabiliunt:  
ita Christus quoq; in sui commendationem & memori-  
am cum discipulis suis manducauit hanc cœnâ, quod ipse  
etiam non reticuit, dicens: Desiderio de sideraui hoc pa-  
scha manducare uobis antequam patiar. Dedit insuper il-  
lis corpus & sanguinem suum in commemoratione & me-  
moriâ sui, sub speciebus panis & uini, Hoc facite in me-  
am commemorationem. qua uoce testatus est se præsen-  
tem perpetuo fore apud nos in hoc uenerabili sacramen-  
to, sicut & post resurrectionem promissit, dicēs: Ecce ego  
uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummatione  
seculi.

**Augustin.**

**Luce. 22.**

**Matth. 28**

¶ Sacramentum hoc sæpius accipere debent Christiani, sicut in primitiua ecclesia fiebat, iuxta illud Lucæ, Quo Actus. 2  
tidie perdurabant unanimiter in templo frangentes circa domos panes. quamuis hæc deinceps communicandi frequentia, nõ parum refrigerentibus paulatim animis hominum, cœpit intermitteri, quando solis diebus festis cõmunio obseruabatur; & id quoq; non diu. dehinc enim, quando iam solennibus festis uix pauci ad communionẽ ueniebant, statuit ecclesia, ter in anno suscipi debere hoc sacramentum, sicut ex Agathensi & Elibertano concilijs De cons.  
fatis liquet; adeo, ut quisquis hoc non faciebat, pro Chri- dist. 2. c.  
stiano non haberetur. Postremo extincta iam omni pie- ois homo.  
tate, & uix scintilla aliqua pristinae disciplinæ remanente, c. secula-  
per uniuersum Christianum imperium in amplissimo q. res  
dam concilio ex uniuersa tam Græca, quàm latina ecclesia congregato, decreuit catholica ecclesia, ut quilibet Christianus tempore paschali sacerdoti proprio confiteatur, confessusq; uenerabile sacramentum eucharistiæ suscipiat. Idq; adeo omnes pii & catholici homines hæcten<sup>9</sup> c. omnis  
in hæc usq; nostra tempora sancte & religiose obseruauerunt, tantumq; factiosi & schismatici isti neochristiani illud iam uiolare attentant. Quamuis non pauci adhuc inter Christianos supersunt, qui ultro sæpius in anno se ad hoc sacramentum religiose parant, & pie suscipiunt illud, ut die sancto pentecostes, festo adsumptionis Mariæ, Omnium sanctorum, Natalis domini, & quandocunque pio aliquo ad illud mouentur adfectu. Sed nos iam dicere adgrediamur, quo quisq; mō præparare se debeat ad hoc gloriosissimũ eucharistiæ sacramentũ digne suscipiendũ.

1. ¶ Et principio quidem obserua sacramentum hoc quadrifariam considerari posse. 1. ut sacramentum siue signum externum & sensibile, sub quo uerum Christi corpus uerusq; sanguis continetur, quomodo usurpatur in solenni illa festiuitate corporis Christi, quando magnifice circumfertur. 2. consideratur etiam in quantum sacrificium: & sic utitur eo sacerdos in officio missæ, post consecrationem offerens illud pro uiuis & defunctis. 3. ut cibus & communio, quo pacto nunc & alijs quibusdam temporibus usurpatur. quarto & ultimo, pro uiatico, &

h h ñ

sic dari solet morituris & iamā ex hoc exilio migraturis.

2. ¶ Quisquis hoc uenerabile sacramentum suscepturus est, causas prius expendat secum & ponderet diligenter, cur illud uelit intendatq; suscipere. Et sunt quidē causæ potissimum quatuor, quarum prima est, ut id faciat nō tantum in commemorationem, sed etiam gratiarum actionem passionis & mortis Christi: quoniam hoc ipsum cōmissum est à Christo, cum diceret, Hoc facite in meam cōmemorationem. In cuius rei figuram agnus quoq; ille typicus non nisi assus manducabatur, ad designandū ignem deuotionis. Et si deuote suscipiendum est hoc tantū sacramentum, non potest utiq; hoc fieri commodius, quā cū commemoratione passionis dominicæ. Quamobrem consultum esse existimauit ecclesia eodem tempore sacramentum sumi debere, quo passio Christi recolitur, id em significatum quoq; iam olim est in figura, quando Moyses uirga percussit petram, & fluxerunt aque: sic etiam tu petram cordis tui duram percute uirga crucis Christi, & effluet inde aqua deuotionis, quando ex omnibus rebus nō est quod magis efficaciusq; nos commoueat, adfectūq; excitet & erigat in deum, quā passionis dominicæ frequens meditatio. Quod & Bernardus ille magnus passionis Christi cōtemplator agnouit, ideōq; & dixit: O piissime domine Iesu, super omnia te mihi reddit amabilem calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ.

Luce. 22.  
Exodi. 12.

Exodi. 17

Bernard.

Johan. 3.

¶ Neq; uero passionem Christi tantum recolere debet quilibet homo pius, uerum etiam beneficia omnia sibi diuinitus collata, creationem tum nostri, tum uniuersi mundi propter nos, illam potentem rerum omnium gubernationem, charitatem quoq; supereminentem, qua usque adeo feruenti persecutus est nos, ut filio etiam unigenito suo non parceret. Huc accedat diligens passionis Christi per omnes partes contemplatio: & quō ille semper & ubiq; siue prædicarit, siue ieiunarit, siue orarit, qd multa in omni uita cōuictuq; suo nostri meminerit, & recordatus subinde fuerit in optimam partem: sed & tacito adhuc instinctu loquitur in cordibus nostris, quæ quantaq; nobis exhibuerit beneficia. Secunda ratio, quæ te ad tam preciosum tanti sacramenti thesaurum suscipiendū mo-

uere debet, hæc est: Ut memineris suscepturum te pignus  
 tum charitatis, tum misericordiae dei. reliquit enim no-  
 bis sacramentum illud Christus in memoriale sui perpe-  
 tuum, & in pignus summæ suæ erga nos charitatis, ut iã  
 nos dicere queamus cum Dauide: Quàm magna est do- *Psalm. 30.*  
 mine multitudo dulcedinis tuæ? Et meminisse itaq; & nõ  
 ingratos nos esse oportet de tanta charitate Christi, quã  
 erga nos habuit, ut corpus quoque proprium & sangui-  
 nem nobis relinqueret abiturus, iuxta quod promiserat:  
 Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Aut *Johan. 6.*  
 quod tandem nobis uel preciosius uel sanctius amoris sui  
 pignus relinquere potuisset deus, quàm corpus propriũ?

¶ Tertia porro causa est, ut recorderis te remediũ ac-  
 cepturum animæ tuæ, quando uerus ille medicus noster  
 est Christus, uel suo ipsius testimonio, dum Samaritano  
 se comparat, uinum & oleum infundenti uulneribus illi- *Matth. 9.*  
 us, nanq; simili etiam modo ille animabus nostris mede- *Lucæ. 10.*  
 ri uolens, hoc sacrosanctum instituit sacramentum. Vnde  
 & ecclesia beneficium istud agnoscens, orat: Purificent *Ecclesia.*  
 nos quæ sumus domine sacramenta tua quæ sumpsimus,  
 sint ablutio scelerum, fortitudo fragilium, contra omnia  
 mundi pericula firmamētum. Postremo ratio quarta ad-  
 signatur ipsa sancta obedientia, ut sic cogites suscipiẽdo  
 sacramentum, te facturum quod obedientem sanctæ ma-  
 tris ecclesiæ filium decet, quæ illud tibi ad hoc tempus fa- *Proue. 6*  
 cere mãdauit. Atq; hoc modo sequaris illud Sapiientis cõ *1. Reg. 15*  
 filium, nec dimittas legẽ matris tuæ: quia melior est obe-  
 dientia, inquit Samuel, quàm sacrificium. Quid multa? sic  
hæc constans apud te sententia, quòd hoc sacramentum  
suscepturus sis in gloriam quidem dei, sed simul quoq; in  
animæ tuæ commodum & salutem.

3. ¶ Quandoquidem sacramentum hoc sumunt bo-  
 ni & mali, quantumuis inæquali sorte, ut ille cecinit, uite  
 uel interitus: quilibet apud se prius consideret & expen-  
 dat diligenter, ut illud sibi in uitam suscipiat, & non ad  
 mortem, sedulo obseruãs illud Pauli: Probet seipsum ho- *1. Corin. 11*  
 mo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. quisquis em̃  
 manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bi-  
 bit, nõ dijudicans corpus domini. Caueat itaq; & summo:

pere sibi prospiciat quilibet Christianus, ne hic sibi iudicium manducet. id autem fiet, cum se pro uiribus præparare studebit, ut non tantum deuote illud suscipiat, sed deinceps quoque à peccatis abstineat. Et quia fides, teste Paulo, rerum sperandarum est substantia atq; argumentum non apparentium, omnis illa præparatio à fide incipere debet & proficisci tanquam fundamento. Quo modo Christus etiam uirum sapientem ædificare docuit super fundamentum illud, non super arenam.

Heb. ii.

Matth. 7.

¶ Quid autem sit circa hoc sacramentum Christiano homini credendum, quamuis ampla sit materia, propter neochristianorum simul & ueterum hæreticorum innumeros errores: cum uero uos stabiles & firmi sitis catholici, ijs omissis, nos breuiter ea uobis explicata dabimus, quæ multis retro seculis de hoc sacramento per uniuersum Christianismum credita sunt & obseruata, eaq; consistunt in ijs quatuor membris. 1. Primum omnium firmiter credere te oportet, sub illa quam cernis specie panis, uerum esse corpus Christi, totum inquam illum Christum, ut est ex uirgine matre natus, cum hominibus in terra conuersatus, flagris cæsus, in crucem suffixus, mortuus & sepultus, ut deinde resurrexit, ascenditq; in cælum, & nunc sedet ad dexteram patris. Eius rei quod habere cupis testimoniū certius, q̄ uerissimum illum ueritatis ipsius sermonem, quando dixit iam Iudæis, Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. nec multo post discipulis quoq; Hoc est corpus meum. Quod si incredulus ad huc clamas, qui fieri possit, ut sub tantula panis forma totum lateat corpus Christi, quod qua est magnitudine, pedes & manus habet: ad hoc sane respondetur, naturaliter id fieri non posse: uerum si rursus omnipotentiam consideremus dei, apud quem non esse impossibile omne uerbum Gabriel testatus est, cedit omne iudicium rationis humanae uerbo dei: captiuatur etiam intellectus noster in obsequium fidei, quæ utiq; meritum non habet, ubicunq; humana ratio præbet experimentum. quis hic quoq; non desunt signa & indicia quædam naturalia, de quibus aliàs. Ecce enim anima tua nihilo nunc est maior sub illa quantitate & magnitudine, quam olim, cum puer eras.

Johan. 6.  
Matth. 26

Luce. 2.

2. Cori. 10.  
Gregor. 9.

¶ 2. Deinde crede totum Christi corpus esse sub hostia, & qualibet etiam illius parte, sicut etiam unum idemque Christi corpus sub multis hostiis est, quantumuis nihil in terris minus illud totum in caelo manet ad dextram patris. Idque totum prestat omnipotentia diuina, quae etiam facere potest, ut corpus unum in multis locis simul existat totum, quemadmodum & anima in qualibet manu est tota: quamuis etiam id nobis est incomprehensibile, ut ut sit naturale, atque ideo Aristotelem etiam non latuerit. Nec multo aliter deus accepit de spiritu Moyse, & dedit uiris illis septuaginta, neque tamen spiritum Moyse uel ademit uel imminuit. Similiter quoque Eliseus & domus suae erat, & apud Giezi, quando munera accipiebat a Naaman. Sic Ambrosius Mediolani existens in cathedra sua, Turoni quoque fuit in funere sancti Martini. Sequitur ergo, laicos non minus sub parua accipere hostia, quam sacrificus suscipit sub magna, quando sub utraque Christus est totus. Praeterea colligitur ex illo, fracta iam a sacerdote in tres partes hostia sub sacrificium missae, sub quolibet illa particula non minus totum esse Christi corpus, quam antea sub unica ista magna fuerat, eo quod totum illud corpus sub quacumque data hostiae parte est tota, quae fractio quae suo non careat mysterio.

3. Firmiter item crede substantiam panis per uerba sacerdotis ad hoc a Christo instituta transmutari in corpus Christi per omnipotentiam dei, remanentibus tamen deinceps adhuc accidentibus panis, cuiusmodi sunt albedo, suauitas, figura, dures, & similia plura. Si enim potuit deus ex Adae costa iustum conficere corpus mulieris: si ex muliere, uxore scilicet Loth, staruam salis facere potuit: ex uirga Moyse serpentem, ipsosque adeo Aegypti fluuios in sanguinem uertere, si diuinae non restitit potestati, sicut & ex aqua uinum facere: quae iam terminos & limites certos omnipotentiae diuinae constituere uolens, non permittet etiam illi hoc, ut ex pane corpus Christi possit facere? Quae uero impie credere hoc nolunt heretici, quod credidit iam olim diabolus, dicens Christo, Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant: Ecce diabolus non ignorauit filium dei uerbo posse ex lapidibus panes facere, & neochristiani credere nolunt illum posse panem in corpus suum transmutare. quis autem naturaliter non fiat

2. de ani.  
Augusti.  
6. de trin.  
Nume. 11.

4. Reg. 5.  
Ambrosi.

Gene. 2. 10

Ex. 4. 7

Johan. 2

Matth. 4

ex lapidibus panes, quotidie tamen & naturaliter quidē panis, licet temporis successu in corpus nostrum cōuertitur. Sequitur etiam inde, quō in cōfirmationem fidei nostrā, deus naturales actiones omnes relinquit hic simul cum accidentibus panis, quæ aliās in pane fiunt. pascit enim hostia, & ni cōseruetur, putrescit: aut bene aut male sapit, cadit &c. simile quoq; de specie & actionibus uini iudicium est.

4. **Roma. 6.** Constante crede, quando & corpus Christi precipue sub hostia lateret, & Christus cum resurrexit semel, iam amplius non moritur, corpus Christi hic nō esse sine anima uelut mortuum, & cōsequenter illud exanguē nō esse, si modo uerum est, ut est sane uerissimum, quod dicitur sanguinem sedem esse animæ. Deinde non abesse crede ipsam quoq; deitatem Christi: quia iuxta regulam Damasceni, quicquid deus semel adsumpsit, nunquam dimittit. Aliās quoq; regnum illius nō esset sempiternum, sicut adnunciavit Gabriel. Quatuor itaq; suscipis, dum sacramentum hoc suscipis, corpus Christi, animam, sanguinē & deitatem Christi. Deinde laicus quilibet minus nō suscipit sub parua panis hostia, quā sacerdos uel sub magna, uel utraq; etiam specie. Ut iam turpiter errent neochristiani omnes, dum sacramentum hoc sub utraq; tantum specie habere & suscipere uolunt, quamuis sacerdos teneretur sic tantum sub utraq; celebrare. Qua de re aliās. Præterea cum calicem tibi post sumptum sacramentum porrigit sacerdos, non est quod putes sanguinem ibi te bibere Christi, sicut in missa sacerdos, sed purum id nōris esse uinū: non est itaq; cur reuerentiam aliquam aut honorem exhibeas calici, ne putent simpliciores huiusmodi cultu te uenerari sanguinem Christi.

5. ¶ Ex ijs iam ultro sequitur, quā preciosum, magnum atq; adeo nobilissimū suscipias in hoc sacramento thesaurū. Quis em̄ sacramenta om̄ia ut sunt preciosissima, ita efficaciam quoq; suam habeant ex passione Christi, cuius etiam latere uelut uiuo quodam latice promanarūt. **Johan. 19.** sicut Augustinus super Iohannem declarat: hoc tamen reliqua omnia longe superat, quæ signa tantum sunt gratiæ diuinæ, cū interim hic ipse sit Christi corpore, aia q̄q; &

anguine. In hoc sacramento potissimam donat deus gratiam, quamobrem & illi solito magis gratias agimus: unde veteres etiam eucharistiam appellarunt, ac si tu dicas, bonitatem, gratiam seu gratiarum actionem. Tu itaque quisquis Christianam fidem profiteris & religionem, ardenti animi tui adfectu propera ad thesaurum hunc tantum digne suscipiendum, dic cum Dauide: Quem admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. psalm. 42 Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Nam quisquis sacramentum hoc digne & reuerenter suscipit, miris modis in eo augetur gratia dei, tandemq; copiosius in aeterna patria remuneratur, sicut ait per prophetam dominus, Exaequabit gratiam gratiae eius, gratiam scilicet huius uitae in proportione, adaequabit isti gratiae beatitudinis & gloriae aeternae. Zach. 4 Deus & dominus noster omnibus & singulis nobis misericorditer donare dignetur, qua freti digne suscipiamus hoc sacramentum, & post hanc uitam laeti appareamus ante faciem dei in aeterna patria, Amen.

## HOMILIA SECVNDA

de uenerabili sacramento

altaris.

**B**ona magnaq; pars fidei nostrae in articulo huius sacramenti posita est, quauis articulus ille de unatritium personarum essentia, potior est aliquanto & maior, quomodo genito ex patre filio, & procedente ab utroq; spiritu sancto, personae illae tamen tres coaeternae sint & coaequales. Deinde si naturalem intellectum nostrum & rationem quaeramus, impossibile esse uidebimus, hominem ante sex mille annos de mortuum, cuius putre cadauer non in terrae puluerem tantum, sed herbas etiam & pecorum corpora uersum iam sit, rursus in singula membra coalescentem reuiuiscere. hoc inquam naturae tantillum quidem adsequitur: uerum quae ultra naturam eleuata est fides, haec intelligit. Omnia illa uideri utique non potes oculis & lumine intellectus tui, sed aliunde oportet petas, & uel ex mutuo sumas, uel emas

hh v



- Ephe. 6.** conspicilla ueluti quædã, siue oculos fidei: eosq; inueni-  
es penes ecclesiam catholicã. inde q; perito, quo hic ma-  
xime opus est, scutum fidei, dum proprio captu adsequi  
hæc tanta mysteria nõ potes, ecclesiã sequere, huic te ad-  
iunge: quod illa de isto sacramento credit, tu crede: quæ  
sane & præsentanea & potissima est medicina aduersus  
omnes diaboli inquietationes & suggestiones. Atq; ideo  
dominus quoq; cæcis ad se uenientibus dixit, Creditis qd  
hoc possum facere uobis? & dicentibus illis, Vtiq; domi-  
ne, iniunxit ipse, Secundum fidem uestram fiat uobis,  
**Johan. 11.** Sic & Marthæ dixit dominus, Nonne dixi tibi, quoniam  
si credideris, uidebis gloriã dei? Ad eundem modum di-  
ci potest cuilibet Christiano, quia si crediderit, uidebit  
mirabilia dei. siquidem illud ipsum sacramentum, cibus  
**Psalm. 110** quidam est miraculorũ & esca, iuxta illud Dauidis: Miseri-  
cors & miserator dominus escam dedit timentibus se, in  
memoriam suorum mirabilium. Vbicunq; firmum il-  
lud fidei fundamentum positum non est, omnia corru-  
unt. Itaq; in fide aliquis iã bene eruditus & institutus, quo  
pacto deinceps in tã arduo & serio negotio gerere se de-  
beat, porro expediamus.

1. ¶ Principio ad mensam sacratissimi illius cõuiuij ac-  
cessurus, se prius parer diligenter & probet, neq; illoris  
(quod aiunt) pedibus irruat in rem sanctam adeo & ma-  
gnam, nihilo brutis existens inferior. Quin potius ante  
quã quis accedat sacrosanctum illud suscepturus sacra-  
mentum, cõcepta iam recta fide, sicut eãdem habet catho-  
lica ecclesia, deinceps suam probatiõem sic instituat. Et  
**Purgatio** primum quidem, ciuilitate loquendo, nullus ad magnos  
**cõscientie.** uirorum cõuiuia accedit, nisi probe purgatus & mundus,  
lotis etiam manibus, & purioribus indutus uestimentis,  
solicitus omnino ne quid minus ciuile & urbanum com-  
mittat: quanto magis anxie diligentem esse decet, qui ad  
mensam hanc dominicam uenire properat, in qua salu-  
tis suæ summa cuiq; uertitur, ne pollutus accedat & im-  
mundus: prima itaq; præparationis huius pars in emun-  
datione cordis consistit & purgatione, non tm ab omni  
pccõ, uerum etiam peccandi uoluntate. Ita em deus p Iere-  
miã, Laua, inqt, à malitiã cor tuũ. & Sapiens ad eum qui

Sacramentum hoc suscipere cupit, ait: Ab omni peccato **Jeremi. 4.**  
 emunda cor tuum. ad idem cohortans nos Paulus, admo **Ecci. 13.**  
 net mundare nos ab omni inquinamento carnis. Ea ue- **2. Corin. 7**  
 ro purificatio quomodo fieri debeat, in sacramento pœni  
 tentiæ dici solet: quandoquidem quilibet homo apud  
 semetipsum diligens esse primum debet in recogitandis  
 peccatis suis, in examinanda conscientia, deinde in cōtri-  
 tione & confessione desuper instituendis: quia quisquis  
 non ex animi sui adfectu pœnitētia ducitur peccatorum,  
 ita ut uelit nullum se cōmississe unquam, nec digne, neq;  
 ad salutem sibi manducat corpus Christi. Similiter quicū  
 que non omnia perfecte pœtā confitetur, sed aliqua ex ijs  
 reticet, uel ea lenitate oscitabundus confitetur, ut facile  
 aliquid omittat, item sacramentum hoc in peccatum su-  
 mit sibi ut ludas. Commonefacienda igitur hic præcipue  
 est iuuentus, quæ tum pudore & uerecundia, tum metu  
 percita atque timore leuiter aliquod peccatum celat, nō  
 cogitans interim damnum istud immensum & salutis ani-  
 mæ suæ detrimentum, inde sibi enascens & proueniens,  
 ex ista indigna sanctissimi sacramēti sumptiōe, ut integre  
 confiteat, nihil celet, nihil taceat: & sic corpus **CHRISTI**  
 manducet ad uitam: aliās sibi futurum est, quod scabio-  
 sis cōtingere solet, qui cum manus habeant purulentas  
 & sanie madentes, persuaderi etiam non possunt ut pro-  
 ferant. Exhortetur insuper & admoneat hic quoque  
 pater liberos suos, paterfamiliās familiam omnem, ut  
 cum exactæ uitæ summa pœnitentia confiteantur, quan-  
 do fieri solet non raro, ut priuata huiusmodi siue paren-  
 tum, siue patris aut matrisfamiliās admonitio plus pro-  
 ficiat apud subditos, quàm magni prædicatoris grauis &  
 ualida in frequenti concione prædicatio: faciat hoc idem  
 quilibet ludimagister inter pueros & iuuenes disciplinæ  
 fideiq; suæ commissos: faciat id quisque etiam manuarij  
 operis artifex cum pueris & seruis suis, ut sic omnes illi  
 expurgato, quod in se habebant, fermento ueteri, in no- **1. Co: 5.**  
 uitate spiritus paulatim ambulare discant.

2. ¶ Nec sic nuda illa satisfacit confessio, insuper quo-  
 q; displiceant cuiuslibet oportet pœtā cōmissa & cōstans bñ

obfirmato animo concipiatur propositum porro peccata uitare, & in bonis operibus sedulo se exercere: quia nisi à peccatis auersi fuerimus & omnino peccati occasione quæ & causam reiecerimus, nec confessio etiam integerrima, neque continua ieiunia, neque in uniuersum omnia nobis

**Augustin.** quicquam pderunt sacramenta, iuxta illud Augustini: Nisi pœniteat aliquem ueteris uitæ, nõ pôt nouam inchoare. Prætera ociosa quæ blaterandi uanitas uitanda, & ridè di fugienda lasciuias est, quando in multiloquio raro de-  
**Proue. 10.** erit peccatum. Omnino itaque talem quisque se hac septimana præbeat, tam serio omnia agat, tanta præditus sit in omnibus maturitate, quasi rem habeat præ manibus (ita ut uere est) maximi ponderis & præiudicii, facessat hinc omnis leuitas, cedat quicquid est uanitarum mundi, quia bonum est in silentio expectare salutare domini.

¶ Et quemadmodum à uerbosa perulantia sibi iam ca-  
**Thren. 2** uere debent omnes Christiani, ita & à malis uanisque cogitationibus (in quibus multum sane est periculi) temperare debent: quoniam ideo præcepit dominus, lauamini, mûdi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Declinandum item est quicquid est cõuictus externi, ad peccatum puocantis, cõuiuia nõ agitata, sodalitates relinquendæ, uitandæ quæ personæ quibus cum peccaris, aut unde peccandi tibi causam sumpseris: quod hæc omnia eiusmodi sunt, quæ impedire possunt & solent cõscientiæ puritatem. Quia quisquis picem cõrecta uerit, coinquinabit. (Vide de omnibus illis in sermonibus de sacramento pœnitentiæ)

¶ Tale propositum firmum utique & cõstans habere decet pœtã uitandi, idque esse cõuenit adeo stabile & fixum, ut ubi primum retrospicere pergat ad pristina pœtã, instar uxoris Loth, statim immundus efficiat: quoniam quisquis missa iam ad aratrum manu, aspexerit retro, apertus non est regno dei: ut iam sit hæc certa & cõstans regula, quia omne pœtã propositum, pœtã est. In hoc ueluti speculo se uitamque suam cõtemplent omnes cõcubinarij, omnes qui uel mensuras iniquas uel alia uasa habuerint deprauata, quæ quot clauibus utuntur adulterinis, & incantationibus gaudent: oppida quæ & ciuitates, quæ cõsuetudinem aliquam

**Gene. 19.**  
**Zucç. 9**

prauam retinent, nec abrogant, usurarij, lutores, & id genus reliqua sex hominum. Quid multa? omnes qui cum sint & uiuant in pctis, animum nullum habent desistendi ab illis, aut desinant, aut sciant se sacramentum nō aliter ac Iudas sumpsit, accipere.

3. ¶ Ad dignam huius sacramenti sumptionem pertinet, ut quilibet suscepturus illud, antea composita in omni quiete corporis & in bono ordine se gerat: adeo ut etiā abstinere a licitis, ut coniuges a thoro maritali: quando multi etiam a lecto quocumq; & somno sibi temperant, plus uigilantes quam dormientes. Si enim Achimelech sacerdos noluit panes propositionis Dauidi & pueris illis porrigere etiam in necessitate manducandos, nisi essent sancti & mundi a mulieribus: quanto minus Christiani accipere debent panem illum uiuum, panem qui de caelo descendit, nisi a mulierum cōtactu liberi & immunes? quomodo & Paulus docet cōiuges ad tempus ab opere cōiugij & thori maritalis iure abstinere, ut uacent orationi. Itaq; hic etiam ad escam hanc spiritalem manducandam, committendū non est ut caro dominet: & quamuis opera illa cōiugij sine pctō fiant, ista tamen innata concupiscentia & congenita lex carnis siue membrorum, inspidū reddit animū, carnalem, planeq; ineptum ad producenda opera spiritus.

¶ Quilibet igitur Christianus hoc maxime tempore missis omnibus huius cōmercijs, in uirtutibus tantum & operib<sup>9</sup> bonis sese exerceat. Atq; ut Augustinus ait, Vnus quisq; consideret cōscientiam suam. & quādo aliquo crimine uulneratū se esse cognouerit, prius orationib<sup>9</sup>, ieiunijs & eleemosynis studeat mundare cōsciētiam suam, & sic eucharistiam præsumat accipere, quod nisi fecerit, dicitur est ad eum pater familiās: Amice, quomodo intrasti, non habens uestem nuptialem? Et ut multa paucis complectar, quisquis pius & Christianus haberi uult, hoc iam cum primis tempore, omni euitato uitio, uirtutes sequatur, animāq; suam exornare studeat: ut sit omnibonorum genere redimita, nec aliqua labe infecta, quæ faciat ut indignus ipse tantum suscipiat sacramentum, in sui iudicium & condemnationem, Vigila, & erigere in des

- Isais. 52.** anima sancta & deuota. Exurge, exurge Sion, induere fortitudinem Ierusalem ciuitas sancta, hoc est, anima Christiana. indue te uestibus gloriæ tuæ, uirtutibus nimirum & operibus bonis, indue & uestimentum supremum, quod reliquum habitum omnem cõtegit, id est, charitatem, quæ
- 1. Petri. 4.** operit multitudinem peccatorum.
- ¶ Recordare, quisquis es homo diligenter & expende, quod sis hic suscepturus, recogita quantum tibi in eo possum sit.
- 1. Cor. 11.** audi clamantem Paulum, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. quisquis enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Ecce sanctissimus ille & in ipso etiam matris utero sanctificatus Iohannes, trepidabat accedere dominum, & uerticem capitis illius tangere: indignum quoque se iudicabat, cui uel corrigiam calceamenti solueret prociubens in terram. Euangelista ille S. Marcus adeo usque indignum se iudicauit mysteriorum tantorum administratione, ut ipse sibi pollicem præsciderit, ne esset celebrando missæ sacrificio aptus. Vides uasa, imò omnia quæcunque usui altaris deputata sunt, purgata & mundissima? uides calicem probe tersum? uides nitentem patenam? uides corporale niueum candidissimumque? Hæc quid sibi uelint, ambigis & scire cupis? Id nimirum, ut eodem tu quoque modo, non nisi mundus & uelut cum reliquis discipulis lotus accedas: quia in hoc Christus illis prius lauit pedes, quam corpus suum manducandum daret. unde & Petro recusanti lotionem dixit: Si non laueris te, non habebis partem mecum: designans per hoc, necessarium esse lauari prius & mundari eum, quod sacramentum hoc sit suscepturus. Panis ille uiuus, quem hic sumere præsumis, in uterum descendit sanctissimæ uirginis Mariæ, quæ tota pulchra erat, omnisque experta macula. Et tu igitur caue, ne panem hunc uitæ suscipias indignus: aliter quæ tibi uitæ futurus erat, cedit in mortem sempiternam, à qua nos custodiat & conseruet Iesus Christus dominus noster. Amen.

HOMILIA TERTIA DE PRÆPARATIONE ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum.

**Q**vicunque titulo & appellatione gaudet Christiani, diligenter & exacte se probet, accessurus ad mensam dulcissimi illius conuiuii corporis & sanguinis domini, ne in iudicium & cōdemnationem accipiat, sed ad custodiam corporis simul & animæ in uitam æternā. Examine igitur se & emūdet prius per contritionem & confessionem peccatorum suorum, exerceat se in uirtutibus & operibus bonis: quorum nec postremū utique nec infimum est, pia & sedula precatio, quam laudata sane cōsuetudine ante cibum præmitti iam olim apud maiores nostros receptissimum fuit, tracto more illo ab exemplo Christi, qui grandi miraculo magnam hominum multitudinem pauculis satiaturus panibus, eleuatis in cælum oculis, benedicens illos, gratias egit. Est autem omnis actio CHRISTI, nostra instructio, autore Gregorio. & sacerdotes quidem eo magis illa obligat consuetudo, quod hic decretum etiam accessit ecclesiæ, in concilio Romæ sub sancto Martino pontifice habito. sic enim habet, Non liceat aliquando clericos non dicto hymno comedere panem, & post cibos gratiam auctori deo referre. Et si quilibet iam Christianus orare tenetur antequam cibum illum quotidianum corporis manducet, quāto magis ante sanctissimam hanc animæ nostræ escā orabimus? atque cum sufficientes non simus quippiam boni facere ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia omnis nostra ex deo pendeat, maiori tum adfectu, tum feruore clamare debemus ad dominum, ipsumq; orare, ut dignos nos mysterijs tantis efficiat, & dicere cum Dauide, Cor mundum crea in me deus, & spiritū rectum innoua in uisceribus meis. Disce ex paruulis Iudeorū clamorem illum, quo ingredientem dñm in Ierusalē exceperūt, & tu q; clama, Benedict' q uenit in nomine dñi, Osanna in excelsis, o dñe miserere mei. Quid aut tibi potissimū sit orandū, passim iā in oibus libellis piarū precationum habet. Vex hic deū immortalē q̄ cōmodū eēt oēs nunc hoies scire legere, ppter oratiōes saltē, quas sanctissimi quicq; patres, Augustinus, Ambrosius, Bernardus, Gregorius, & alij cōposuere. Qui aut legere nō nouit, tñ laudet deū, gratias agat illi pro omnibus beneficijs, dicat cum Dauide,

Johan. 6.

Matt. 14.

Gregori.

44. disti.

c. nō liceat

2. Corin. 5

Psalm. 50.

Matt. 11.

- Psalm. 33.** benedicam domino in omni tempore. Ad memoriam reuoca amarissimam passionem Christi, dolores Mariæ seruentissimos, gaudium angelorum, læritiā & exultationē beatorum, miserandam cōditionem damnatorum, & admiranda illa gratiarū dona ecclesiæ collata: ipsaq; adeo omnium sanctissima sacramēta. humilia te cum centurione, & dic: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tātum dic uerbo, & sanabitur anima mea. Dic cum Dauide, Introibo in multitudine miserationum tuarum in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Et quamuis non multa subinde repetas uerba, tamen uide ne cesset animus, nec pia elanguescat cogitatio. quin potius cum Anna Samuelis ingemisce: & sicut illa tantum loquebat in corde suo, ac solum labia illius mouebant & uox penitus non audiebatur, ita tu ne defatigeris spiritum erigere in deum. Rursus ingemisce cum Iob antequam manduces cibum. Ora dominū deum tuum, ut illuminans ille tenebras tuas, reuelet tibi, quid tibi displiceat in te, ne forte accedas in iudicium tuum & condemnationem. firmiter & perfecte tibi propone, te ne utiquam accessurum, nisi omnia illa præstiteris quæ à te exigit deus. Ita effunde coram deo omne cor tuum cum Dauide: & sine dubio gratiam dabit ille tibi, atq; pctā quorum forte te cepit obliuio, aut ad memoriam tibi reducet, aut per suam immensam misericordiam remittet & delebit, nec unquam exprobrabit: quia deus respicit orationē humiliū, & non spernit preces eorū.
- Matth. 5.** ne, & dic: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tātum dic uerbo, & sanabitur anima mea. Dic cum Dauide, Introibo in multitudine miserationum tuarum in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Et quamuis non multa subinde repetas uerba, tamen uide ne cesset animus, nec pia elanguescat cogitatio. quin potius cum Anna Samuelis ingemisce: & sicut illa tantum loquebat in corde suo, ac solum labia illius mouebant & uox penitus non audiebatur, ita tu ne defatigeris spiritum erigere in deum. Rursus ingemisce cum Iob antequam manduces cibum. Ora dominū deum tuum, ut illuminans ille tenebras tuas, reuelet tibi, quid tibi displiceat in te, ne forte accedas in iudicium tuum & condemnationem. firmiter & perfecte tibi propone, te ne utiquam accessurum, nisi omnia illa præstiteris quæ à te exigit deus. Ita effunde coram deo omne cor tuum cum Dauide: & sine dubio gratiam dabit ille tibi, atq; pctā quorum forte te cepit obliuio, aut ad memoriam tibi reducet, aut per suam immensam misericordiam remittet & delebit, nec unquam exprobrabit: quia deus respicit orationē humiliū, & non spernit preces eorū.
- Psalm. 51** atq; pctā quorum forte te cepit obliuio, aut ad memoriam tibi reducet, aut per suam immensam misericordiam remittet & delebit, nec unquam exprobrabit: quia deus respicit orationē humiliū, & non spernit preces eorū.
- Psalm. 101** respicit orationē humiliū, & non spernit preces eorū.
- 2. Para. 30** ¶ Hoc modo si quis non sufficienter se antea præparasset operibus bonis, id omne nunc sedula oratione refarcire potest: cuius rei insigne habemus argumentum in historia regum Iuda & Israel, ubi cum bona populi māducauerunt pascha, orante pro illis Iezechia & dicente, Dominus bonus propiciabit cunctis, qui in toto corde requirunt dominum deum patrum suorum, & non impunitabit eis quod minus sanctificati sunt. Et mirum, in idipsum quoq; significantes mulieres illæ, quæ cum Maria
- Luce. 24** Magdalena uenerunt ideo ad sepulchrum Christi cum aromatibus, ut nos quoque admonerent, si operibus bo-

nis & ieiunijs sedulis min<sup>9</sup> essemus cōmendati aut place-  
rem<sup>9</sup> deo, id omne repēderem<sup>9</sup> redolētibus istis radicib<sup>9</sup> pie  
& sanctę oratiōis. Docuit hoc nos q̄q; in magnā cōsolatio-  
nem nostram beatus Augustinus, inquit: Quamuis q̄s *Augustinus*  
pctō mordeatur, peccandi tamen de cætero non habeat  
uoluntatem, & communicaturus satisfaciatur lachrymis &  
orationibus, & confidens de domini miseratiōe, accedat  
ad eucharistiam intrepidus & securus.

2. ¶ Deinde cum iam ita q̄s animum suum, seq; totum  
instituit & præparauit, ut causas probe expenderit, qua-  
re ad illud sacramentum accedat, confessus iam & contri-  
tus post pctōrum actam pœnitentiam & ieiunia, mentem  
suam per orationes in deum erexit, nōrit se pro officio  
Christiani omnia bene transēgisse: quia sic ueteris etiam  
legis præceptum habuit, ne quis de sacrificijs dei mandu-  
care præsumeret nisi mundus. Quanto magis qui immū *Num. 18*  
dus est, non audebit sacrosanctum Christi corpus sume-  
re? Restant nunc alię quædam circumstantiæ explican-  
dæ, quas considerare quoque debet sacerdos, in hoc ut ali-  
cui sacramentum illud sumere indulgeat. eas sub breuita-  
te transcurremus, quando materia hæc & passim commu-  
nis & ab omnibus doctoribus concorditer est tractata.

Primū itaq; omnium, est quod nemini hoc porrigi de-  
bet sacramentum, nisi usum rationis habenti, & creden-  
ti, non infideli, non fatuo, non infanti: sed quando pri-  
mum dandum uel dari incipiendum sit paruulis, non po-  
test ex annorum numero statui, sed colligi debet ex cu-  
iusque dispositione & intellectus maturitate: quando in-  
uenias puerum in decennio prudentiorem alio, qui deci-  
mum tertium ætatis annum expresserit. Non itaq; ex an-  
nis & ætate, sed intellectu ac discretionem iudicandum hic  
est, ita ut cum iam institui queat paruulus, ut discernere  
possit inter hostiam consecratam & non consecratam, ut  
credere ualeat corpus redemptoris sui mirabiliter hic eē  
sub specie panis, iamque adfectum piū concipere paula-  
tim sibi incipiat erga sacramentum, modis omnibus por-  
rigi illi debet & administrari. Quapropter inconsultum  
non est, ut parentes liberis suis paruulis adhuc domi ho-  
stias non consecratas ostendant, illosq; quærant & edo-



ceant, quid discriminis sit inter panem hunc pistorum, & illum qui à sacerdote in officio missæ & dispensatione fidelium tractatur. Neque malum est, paruulum, dum innoxius est & ab omni peccati labe immunis adhuc, sic instituit: instructumque probe cum omni pietate sacramentum suscipere, quia bonum est homini portare iugum domini ab adolescentia sua. sperandum insuper est, deum huiusmodi paruulo plus gratiæ daturum, unde & hic rectius uiuat, & uita tandem potiatur æterna.

**Chreno. 3** Quod si autē furiosus q̄s sit uel à dæmone obsessus, consilia habeantur eruditorum; q̄a in casibus quibusdam dari sacramentum huiusmodi hominibus potest, in quibusdam non; & ita habere obsessus aliquis potest, ut si illud sumat, non tantum commodi multum sentiat, sed à dæmone quoq̄ liberetur.

2. ¶ Accessurus ad sacramentum illud corporis Christi sumendum, sit ieiunus, nec cibum, nec remediū, nec potionis quicquam acceperit, nisi forte uel aquæ guttula in ore eluendo, uel aliæ reliquiæ casu trañciantur per modum salutiæ: debetq̄ illud ieiunium à media nocte computari: quia placuit (inquit beatus Augustinus) Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani intraret corpus dominicum, quàm cæteri cibi: & sic panis uiuus qui de cælo descendit, prius manducaretur illo materiali. Verum in hoc casu nulli regulæ subiecti sunt infirmi. Quin potius eorum causa paratas semper hostias consecratas habere debet, qui sacramentorum administrationē sibi concreditam seruat, ne quisquam infirmus sine illo sacramento decedat ex hac uita, iuxta canonicā concilij sanctionem.

**7. quest. 1  
nihil.**

¶ Quid autem si miraculosa aliqua accideret hic in sacramento apparitio, sicut in forma digiti contigit beato Gregorio, uel in figura & specie pueri, ut sæpe factū est? Tunc sane sacramentum in huiusmodi miraculosa specie sumi non debet. presbyter tamen quomodo se in casibus illis gerat, consilio utatur doctorum, quia & casus ipsi diuersi sunt: & plerunq̄ ita obseruatum est, ut eiusmodi hostiæ miraculosæ ad requisitionem eruditorum custodirentur.

¶ Necessarium hic esse, ut qs sit sine pctō, iam supra ex 1. Cori. in Paulo docuimus. Et quamuis nemo scit, iuxta dictum Sa **Ecci. 9** pientis, odiō ne an amore dei dignus sit, satis tamen hoc est, si qs probet seipsum pro humana fragilitate, ea tamen diligentia, quam adhibiturus esset in re uel maxime seria & ardua. Porro siue in pctō mortali sit aliqs, siue non, & coram sacerdote constitutus, est suscepturus sacramentum, non negandum est ei, nisi sit publicus peccator, huiusmodi em̄ etiam ad altare procumbenti porrigi nō debet, q̄a hoibus infamia notatis prohibitum est dare sacramentum, ut publice excōmunicatis, scortis, usurarijs, homicidis publicis, & similibus: qui licet conterantur, licet pœnitentiam agant, etiam confessi, non merentur adhuc suscipere sacramentum, nisi pœnitentiam quoq; pro ratione delicti publicā faciant aut solennem. At tamen si q̄ ultimo supplicio sint adficiendi, confiteri prius & sacramentū suscipere debent, nisi uel in excōmunicatiōe uel in interdico sint ecclesiae, uel p̄tinaciter in hæreſi perseuerent: q̄bus nec per absolutionem remitti debent pctā, nec fas est porrigere sacramentum, maxime si sub utraque tātum specie suscipere uelint, quod nostrates neochristiani solent.

3. ¶ Qui ad sacramentū cupit accedere, nō in anima tantum, sed etiam corpore mundus sit & impollutus. sunt em̄ aduenientes quædam extrinsecus sordes & immunditiae, quas abluras prius oportet. Quid em̄ ineptius, quam uel fabrum ab incude & igni squalentem, totūmq; fuligine & fumo obsitum, ad altare Christi adcurrere, uel sutorem atramento suo olentem ad sanctas aras prope-rare? nonne uterque id faciens, parum, imō nihil honoris deferre uideretur sacramento & corpori Christi? Quoniam sic quoque ad Moysen dixit dominus, **Exodi. 30.** Facies labium æneum cum basi sua ad lauandum, ponesq; illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua, **Exodi. 28** uabunt in ea Aaron & filij eius, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiama domino, ne forte moriantur, & sequitur deinceps, quomodo specula quoq; adiunxerit labio huic. Ecce quomodo corporalem etiam

munditiam habere uoluit & requisit deus ex sacerdotibus suis, si quando ministraturi erant in templo, id est cum iniuncto mortis supplicio: quanto mundiores corpore quoque nos esse conuenit, accessuros ad sacramentum suscipiendum? Ut non sit ista consuetudo, illaudata balneantium & corporis membra ac sordes abluentium, priusquam accedant altare domini: quamuis ablutio hæc corporis externa, sine interiori nihil faciat. Laudabilis etiam ubique mos est obseruatus, ut eo templi loco, quo ad ministerium dei indui præpararique solent sacerdotes, gutturnia ac pelues habeantur. Magnaque tum negligentia tum ignauia est, si hoc non obseruetur, quod dominus tam accurate sacerdotibus in lege præcepit. Cæterum alia maculae uel ex morbo uel alio casu contractæ, cuiusmodi sunt lepra, mestruium, & cicatrices, neminem à digna sacramenti huius impediunt sumptione. Sin autem immundities corporis esset commixta cum impuritate mentis, ea uero uel maxime aliquem impediret: sic pollutus in somno, sed occasione accepta uel ex antecedente cogitatione mala, uel ebrietate, ineptus redderetur accipiendo sacramento: sic in matrimonio quoque & extra illud, iungi cum muliere indignum facit aliquem, qui sumat sacramentum. Quam obrem uetustissimi canones duriter admodum & grauius uetere, ne coniuges commisceantur, accessuri ad hoc uenerabile magni sacramenti conuiuium, ut concili-

De conse.  
disti. 2. ois  
homo. 33  
questi. 4  
sci. tis.  
2. Reg. 6

um Elibertanum & alia iura disposuerunt. Eius rei non tam graue, quam seuerum extat exemplum, quod quum arcam domini educere uellet Dauid ex ædibus Aminadab, calcitrantibus in itinere & declinantibus bobus, illam iam casum minitantem extensa manu sustinuit Oza: iratus super eum dominus est, & subito corruens ille repenteque mortuus, & nomen loco dedit, & horrendum temeritatis suæ omnibus reliquit exemplum. Causam aiunt Iudæi fuisse subitæ huius mortis, quoniam ille ea nocte cum uxore sua dormierat: ideoque arcam manibus contrectare non debebat. alias tamen causas catholicorum uide ibi. Quod si igitur male fecit Oza tangendo arcam, ex eo quod nocte illa cum propria tamen uxore concubuerat: quanto maiore supplicio digni erunt, qui à calcante

adhuc ex maritali congressu lecto, ad sublime adeo tanti sacramenti prorumpunt mysterium? (uide supra sermonē præcedentem.) Si simili modo exempla aliquando faceret deus in Lutheranos monachos & sacerdotes: qui, quā sunt cynica impudentia, pollutis manibus à scortis & meretricibus suis (sit uenia uerbo, quia quorū uxores appellem, turpissimas istas & illegitime eis coniunctas, non ut deo) irruunt in tam grande ministerium, sanctissimumq; dei cultum, quid mirum, si quicquid est fulgurum, tonitruum & grandinum, id semel omne tantis malis puniendis immitteretur diuinitus? Sed tamen deus illuminet faciem suam super eos, & misereatur illorum. Quando tamen nullam euagationem mentis sentiret pollutus in somno, ut cognoscens suam neque aliquam ineptitudinem, doctores nolunt eum communicātem peccare mortaliter, sed solum uenialiter: sed non uideo, si possit comode differre in sequentem diem, quin teneatur pro reuerentia sacramenti, differre maxime exigens. Sed nos iam communibus precibus dominum oremus, ut ille nobis gratiam suam donare dignetur, quatenus illius nos suffulti præsidij, mundi & digni suscipere possimus istud uenerabile sacramentum: & sic in hac præsentī uita gratiam illius retineamus tantisper, dum in cælesti patria gloria perfruamur æterna. Quam omnibus nobis concedat ille, qui est in secula benedictus, Amen.

Psalm. 66

HOMILIA QUARTA DE SACROSANCTO Eucharistiæ  
sacramento.

**P**robet se ipsum homo Christianus, antequam sacramentum tantum suscipere præsumat: & sic demum de pane illo edat, ne ad iudicium sibi manducet: confiteatur prius, pœnitentiam agat, ieiunet, oret, mundet se totum corpore & animo, atque tandem accedat: sed humilis, quia superbia quicquid in priori præparatiōe bonum fuit, funditus euertit. Non ponat igitur fiduciam suam omnem in præparatiōe, sed potius in miseratione dei: in qua re quando plurimū positū est, uideor mihi nō

1. Corin. 12

abs re facturus, si priusquā de sacramento huius sumptiōe dicere incipiam, de illa dixerō non nihil, uel eo maxime, quod non desunt homines quidam temerarij, qui spem suam & fiduciam omnem omneq; solatium in præparatione sua ponūt, immemores omnino misericordiæ dei, homines utiq; miseri & hypocritæ, non uidentes in quā arenoso fundamento ædificēt. Sunt rursus aliij, inter quos neochristiani isti primum sibi facile locum uendicant, quod nimium freti misericordia dei, opera bona omnia eo usq; contēnunt, ut nullū eorū uel admittant uel faciāt ipsi. & ij quidem ex temeraria quadam p̄sumptione peccāt, p̄cō ex hoc maiori, q̄ in spiritū sanctum cōmittitur.

¶ In istorum utrinque turpiter aberrantium medio, uelut regia quadam utraque incedunt catholici, neque cū Luthero opera bona negligentes, neque plus satis eis tribuentes, cum hypocritis istis misericordiæ dei obliuiscuntur: sed illud sequūtur, uerumq; fatentur dictum domini: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus. quod debuimus facere, fecimus. Neq; uero animus hic est, neochristianorum refutare sententiam, quando ipsa se satis infringit, dum omni aduersatur rationi, quia sic omnia misericordiæ dare dinā, ut nihil ipse facias boni, usq; adeo non est sperare aut cōfidere in deum, ut magis sit illudere deum. sic enim dicit dominus: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui est in cælis, hic intrabit in regnum cælorum. Audite hæc inquam, audite neochristiani, & discite, satis non esse, dicere uos, domine domine. aliud adhuc amplius quid requiritur & desideratur in uobis, ut faciatis. quod autem? nisi uoluntatem patris cælestis. Et quia superioribus homilijs quæcunque ad hanc præparationem pertinent, scripturis Biblicis abunde satis sunt confirmata, quid adhuc restat, nisi omnem istam neochristianorum sententiam Biblicis scriptis per diametrum aduersari? Itaque priorem illam opinionem hypocriticā nunc reflexe adgredior. Et primum quidem, sicut humilitatem seruari docuit dominus in mensa cibi corporalis, ita multo magis seruanda est illa in mensa dei. Christus etiā in euā-

Luce. 17

Mat. 7

gelio: Quum, inquit, inuitatus fueris ad nuptias, non dis- *Luce. 4.*  
 cūbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus  
 ab illo &c. Eodē plane mō hic quoq; fieri decet ad men-  
 sam dñi, ut q̄sq; se humiliet, & ne postremo quidē loco se  
 dignū reputet. potens est ille qui conuiuas ad ad mensam  
 hanc uocat, eos q; sibi placēt, in supremū euehere locū.

¶ Omnis autē ista humilitas in eo consistit, quod hō ali-  
 quis per gratiā dei & dignus efficitur, & particeps tanto  
 rū mysteriorum, non ex aptitudine & præparatione no- *Johan. 15.*  
 stra, quando & idipsum, digne ac laudabiliter se præpara-  
 re, magnum quoddam dei donum est. Verissimum utique  
 illud est, quod dixit in euangelio dominus, Sine me nihil  
 potestis facere: atque ideo nec præparare nos digne pos-  
 sumus sine domino. Præparare itaque nos quidem de-  
 bemus eo quo dictū est mō: sed non ita, ut in nostra præ-  
 paratione confidamus, & omnem spem in ea repona-

mus. quia sic speramus tantum in nobismetipsis, quod *Jeremi. 17.*  
 olim prohibuit dominus per Ieremiam, dicentem: Ma-  
 ledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem  
 brachium suum, & à domino recedit cor eius. Et idcir-  
 co cōmunis & uniuersalis hæc in bonis operibus omnibus  
 lex est & regula, ut non quidē intermittamus facere ope-  
 ra bona, sed tamen non omnem fidutiam & spem no-  
 stram in meritis nostris reponamus: sed seruos nos inuti-

les, omni etiam officio nostro expleto, reputemus. Quid *Daniel. 9.*  
 quod uir ille desideriorum Daniel nos docet, quid ore-  
 mus, quum ait, Non in iustificationibus nostris prosterni-  
 mus preces ante faciem tuam, sed in miseracionibus tuis  
 multis? Præparare igitur nos oportet corda nostra, sed  
 si præparationi isti tantū innitatur, accidit nobis idem

quod iis qui sustentantur arundine. siquidem qui hoc mo- *Psalm. 90.*  
 do meritum suum iactat, perdit illud, eo quod dū in ad-  
 iutorio altissimi non habitat, neque in protectione dei  
 cæli cōmoratur. Et magnū & præclarum est illud, quod

dicit Christianissimus cancellarius Gerson: Si mille an- *Gerson.*  
 nis aliqs se disponderet ad dignitatem celebrationis, ne-  
 que sic per se attingeret. quanto minus tā exiguo par-  
 ti tēporis spatio? Estq; illud certissimū sane, quia ne-  
 moranta tū deuotione, tū charitate accedere potest ad sa-

Gene. 7

cramentum, quā maiorem illius dignitas expostularer. Ecce enim Noë centū annis construxit arcam, in qua ipse cum paucis hominibus conseruaretur. uerum hic opifex & gubernator totius mundi suscipitur. illius itaq; dignitatis respectu, nos quidem multo longiori tempore indigeremus ad præparationem, sed ipse per misericordiam suam supplet ea in nobis, quæ deficiunt.

Psalm. 122.  
& 120.

¶ Tu modo caue diligenter, ne deorsum aspicias super merita tua, super præparationem & opera bona, sed potius cum Dauide dic: Ad te leuauī oculos meos, qui habitas in cælis. Et iterum, Leuauī oculos meos in montes, unde ueniat auxilium mihi. Auxilium meum à domino qui fecit cælum & terram. Nisi forte quis instar pauonis deorsum intuens, aspicere uolet pedes & infirmitatem suam, ut sic magis se humiliet. Verum si plumarum inani ornatu adfectus, superbe intenderet, id uere esset perniciosissimum.

1. Corin. 4

2. ¶ Attende nunc horum omnium causam: Quia omnia nostra propriæ iustitiæ opera, præterquam quod ea non ex nobis, sed ex gratia dei facimus (quid enim habes, inquit Paulus, quod non accepisti?) etiam imperfecta sunt, defectum habent, immunda existunt, & ut pannus menstruatae mulieris. Hoc attendens beatus Augustinus, dixit: Quæ sunt merita nostra coram deo, si iudicare ille uoluerit secundum iustitiam, nisi maxima peccata? Defectum hunc uidit etiam Dauid, atque ideo supplex ora

Isaię. 64.  
Augusti.

Psalm. 142.

uit dominum: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, iudicio scilicet illo iusto, & quod sine misericordia exercetur. (cum alijs concordantibus in illa materia.) Agnosce

Psalm. 138

Job. 9.

itaq; & clama ad dominum: Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Dic, Domine, scio quia in omni etiam operosissima præparatione mea nihil sum, omnes orationes meæ, ieiunia mea & opera pœnitentiæ nihil sunt, si conferantur cum immensa gratia & misericordia tua, qua teipsum in cibum hinc abiens nobis reliquisti: scio quia nõ possum unicum pro millibus respondere tibi, utut me abluam, utut confitear, utut uel maximam pœnitentiam agam.

Psalm. 129

scio quia nihil sum. Sed tamen & hoc scio, quia apud domi

num misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Scio quam fontem illum misericordiae nulla unquam uel malitia exhaurire, uel pectorum ariditas exticare poterit. Et si dominus decreuit seruare, quis poterit infirmare? Dic cum Paulo, confido quia qui cepit in me opus bonum, perficiet; & illuminabit abscondita tenebrarum, ne unquam obdormiam in morte, sed cum sim immundus, ad te uenio fontem puritatis liquidissimum, qui me ab omnibus sordibus emundet. Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Venio itaque ad mensam domini, non de mea confusus iustitia, sed praeccepto diuino obediens & parere uolens, te medicum animae meae quaero, & in hoc sacramento suscipere cupio.

Sic Salomon quoque templum domino aedificans, dicebat: 2. Paral. 20

Quis poterit preualere, ut aedificet deo dignam domum?

Sic caeli caelorum capere eum nequeunt, quantus ego sum, ut possim aedificare ei domum? In summa, quicquid ad humilitatem facere potest, huc pertinet: quia quo plura ma-

ioraque dona quis a deo percipit, eo magis se coram ipso humiliare debet: sicut & Maria, audiens ex nuncio Gabrielis se & matrem dei futuram, & Messiam parituram, humiliavit se, & tanto indignam beneficio reputauit, dicens:

Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Luce. 1

& placuisse humilitatem hanc domino, ipsa testatur in cantico suo, cum ait: Respexit humilitatem ancillae suae.

¶ Cum iam quis se non poenitentia tantum & contritione, sed confessione quoque & ieiunio praeparauit, & adhuc tamen ex humilitate agnoscit non sufficere haec omnia ad thesaurum tantum suscipiendum, sed nihilo minus obedire uolens deo & ecclesiae, charitate quoque motus & salute animae suae, uadit suscipere sacramentum: ubi scias meritum magnum esse, sacramentum suscipere uelle, iuxta illud Augustini, crede & manducasti, atque ideo quauis praemorbi grauitate nequeant aliquando infirmi sacramentum suscipere, commodum tamen ipsis & salutare est, ut eis sacerdos sacramentum uel ostendat tantum, unde fiat ut ipsi desiderium suum excitent simul & exercitent in adfectu bono sumendi illud. Quanto autem meritum maius habet, qui illud etiam facto suscipit, dum hoc



in sacramentis omnibus perpetuum est, quod gratiam non ex opere tantum operante, sed etiam operato operantur.

2. ¶ Iam iam accessurus, non amplius peccata tua ad animam reuoca, neque confessionis recordare. tantum temet exerce in adfectibus pijs & suauissima amarissima passionis Christi contemplatione, aliorumque beneficiorum dei meditatione: magnitudinem sacramenti immensam considera, recole suscepturum hic te creatorem tuum, eundemque redemptorem & saluatorem Iesum, regem illum glorie, panem angelorum, sacrificium uiuum, quod in ara crucis pro toto mundo oblatum est, pignus charitatis diuinae, hunc ipsum. s. dominum & deum tuum, cuius uultum intueri & contemplari desideras cum angelis sanctis in perpetuum. Considera cum propheta, quanti sit beneficii, tam propitium nos habere deum nostrum, ut ipsum quoque suscipiamus: Quia non est ulla natio tam grandis, quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut est nobis deus noster.

Deut. 4.

3. ¶ Vnde & constat non paulo consultius esse, ut quis aliquanto ante quam sacramentum sumat, confiteatur, quando mala eorum est consuetudo, qui statim a confessione ad eucharistiam quantocyus sumendum properant. Aut quomodo non turpe iudicaretur, aliquem a peccatorum sordibus adhuc penes squalidum, ad Christi mensam & conuiuium properare? Sicut inciuile, imo uitiosum quoque foret, cum qui magnifica potentis alicuius mensae iam adfuerat, scabiem tandem capitis fricare, quam antea curata oportebat. Hoc tamen syncerum sensum requirit, quia non loquor de eo qui exiguum quiddam uel ex peccatorum reliquijs, uel ex ijs quae deuotionem impedire solent, adhuc haberet confitendum.

4. ¶ Quod si uero tibi iam in itinere constituto peccatum occurrat, quod cum confitebaris, non incidit, tunc sane si commode tibi sacerdos quicumque etiam dari potest, confitere illud: sin autem uel sacerdotum tibi nullus se offert, uel ex hominum multitudine non facile te potes extricare, perge & sacramentum suscipe cum proposito peccatum illud quamprimum confitendi, ubi copia sacerdotis dabitur. Sed hic uide ut propositum istud exequaris: neque sis

In te tanta indulgens & remissus, quin mox ut cogitasti, confitere priusquam etiam templum egrediaris.

4. ¶ Sublatis itaq; nunc demum corporis animiq; tui pedibus surge, & mensam accede dominicā cum humilitate, cum deuotione & timore dei, tacitusq; tantum loquere in corde tuo, genua flecte, os compositae aperi, decenter & honeste exere linguam, ut sic commodius tibi porrigi queat sacramentum. clama cum Thoma, sed tacitus tantum, sublatis cordis tui suspirijs: Dominus meus & *Johan. 20a*  
 deus meus. Inuoca cum publicano, Domine Iesu Christe, *Luce. 18*  
 propitius esto mihi miserimo peccatori. Cum centurione dic, Domine, non sum dignus, ut intres sub tectū me- *Matth. 21*  
 um, sed tantum dic uerbum, & sanabitur anima mea. Exalta uocem mentis tuę, & cum patientissimo Iob dic: Scio *Job. 19*  
 quia redemptor meus uiuit, quem & uidebo. Neq; aliud *Luce. 19*  
 iam tecum commemora, nisi quod secum cogitabat fili<sup>us</sup> prodigus: Pater, peccaui in cælum & coram te, non sum dignus uocari filius tuus, sed fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. Verba quoq; illa sacerdotis expende, quæ dum sacramentum tibi porrigit, dicit, inquit: Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat te in uitam æternam. similiter tu quoq; custodiri te & conseruari animam tuam roga, alijsq; subinde meditationibus animum tuum eleua, adfectum erige, quibus admonearis deum hic tuum te suscipere in ablutionem peccatorum, in augmentum gratiarum & uirtutum, atq; in pignus uitæ æternæ. Tantum uide ut compositae os aperias & claudas, non rictum diducas, uel celeriter apprehendas, uelut hostiam ex manibus sacerdotis direptur<sup>9</sup>. idem quoq; filium tuum aut liberos doce, & priuatim assuesce domi, ut sacramētum lingua apprehensum decenter per palatum illabi sinant. hic si quid particulæ tibi in ore adhæserit, quod lingua dimouere nequeas, caue manu tangas: sed potius sacerdotem accede, qui tibi soluat & liberet. Cum sic in corpus transmissis sacramentum, decenter ex calice bibe uinū, quod tibi porrigit ur, citra magnam reuerētiam: quia nil nisi uinū est, sicut in quadam superiori homilia commemorauim<sup>9</sup>.

5. ¶ Suscepto iā sacramento, decet ut quilibet hospitem maxime dignè tractet, & q̄ diutissime secū retineat.

Principio sibi quisq; à nimia scrotatione caueat, ne seipm ad tussim prouocet: quo nimio motu fieri posset, ut particula sacramenti simul concitata eijceretur, quæ irreuerentia sane summa esset, si sic Christi corpus cum sputo & sordibus alijs eijciatur. Quæres autem quàm diu corp<sup>o</sup> domini in corpore eius, qui illud sumpsit, hominis permaneat. Respondeo, tam diu, sicut substantia panis permanisset, si transmutata sub speciebus & accidentibus nõ fuisset. permanet quoq; corpus Christi sub albedine, rotunditate, densitate &c. sed extensiora ad scholas. Deinde non statim à suscepto sacramento templum exeat, sed potius seorsum secedens, gratias agat deo, oret illum, ut ipsum donorum omnium participem faciat, ut cordi ipsius memoriam imprimat passiõis, ut meritum mortis suæ illi non neget, ut ipsum sibi bonis omnibus & ecclesiæ sanctæ unire dignetur in charitate perfecta, ut gratiam hanc impetret, tempore mortis quoq; uaticum istud digne suscipiendi, cum uera cõtritione & integra confessione. Petat insuper à deo, quatenus ille animabus parentũ, fratrum, sororum, benefactorum, fautorum, breuiter, fidelium defunctorum omnium propicius & misericors esse uelit. Tandemq; oret eum quem suscepit dominum Iesum Christum, ut sibi misericorditer cõcedere dignetur, quatenus sicut iam ipsum in uelata panis specie accepit, ita aperte & sine omni uelamine eum cum gaudio uideri possit facie ad faciem in æterna patria. Quam omnib<sup>9</sup> nobis donet deus pater, filius & spiritus sanctus, sancta & indiuidua trinitas in secula benedicta. Amen.

### HOMILIA QUINTA DE SACRAMENTI

*fructibus,  
quos digne manducantes  
consequuntur.*

**A**Ntequam de fructibus, qui digne sumentes sanctissimum Christi corpus manent & consequuntur, dicere incipiam, operæ precium uideretur quædam lau<sup>9</sup> explicare, quæ in superiorib<sup>9</sup> homilijs residua

nobis mansere, ne & ipsa dispereant.

1. ¶ Primumq; se hic offert gratiarū actio, quam utiq; & ex quotidiano cibo referre debemus deo. Quo nomine Chrysostronus Hemeritas laudat, quod ante & post cibum gratias egerint deo. Christus quoq; eius exemplum nobis reliquit, dum post dispensationem illam sacramenti, hymnum dixit. Certas insuper orationes suas habent sacerdotes, accessus & recessus altaris. Et laici ingratiissimi deo nihil orabunt; quin potius orent quicquid eos tū deum adfectus bonus admonet; si legere sciunt, habebunt affatim quod orent; si id nesciunt, tamen uel quinque saltem uulnera Christi honorent & uenerentur quinque orationibus dominicis.

Chrysostr.

Johan. 18)

2. ¶ Deinde ne quis continuo à sumpto sacramento manducet, cauendum est, idq; in honorem sacramenti. Quod diu autem abstinere quis debeat, nunc præceptum & præscriptum certo non est: uerum in primitiua ecclesia, quando laici etiam quotidie ex feruore charitatis communicabant, sic præcepit Clemens Papa: Non statim ad accipiendos communes cibos conueniant, ne putent sanctę portioni miscere cibū, qui per aqualiculos digestus in seculum diffunditur. Si igitur mane dominica portio editur, usq; ad sextam ieiuent ministri, qui eam consumpserūt; & si tertia uel quarta hora acceperint, ieiuent usq; ad uesperas. sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. Quanta deum immortalem pietas hæc fuit? quæ ardens charitas? quò peruenit sanctimonia tanta? nunc uideamus, & qui plurimum sanctitatis prætendunt, ipsos monachos & sacerdotes, nō profanos tantum homines, uix quartam horæ partem patienter expectare.

S. Clemens c. tri. gra. de cons. distin. 2

3. ¶ Præ omnibus autem nimia hic fugienda ingurgitatio est, & quamuis qui aliàs diu multumq; uinum nulum bibit, nunc in honorem sacramenti bibere potest, tamen id modice fiat & temperate. Extat in hodiernum diem cœnobium quoddam Colonie, ubi diues quidam sumptuosam sacramento inebriatus, in uomitu sacramentum quoque eiecit, quo loco maxima tunc fiebant miracula, & ad Saluatorem.

Colonia.

Vulgo, ad corpus Chri.

4. ¶ Neq; tantum pro se quicq; solícite prouidere de

et, ut in honore habeat sacramentum: ab omni leuitate, uanis & ociosis uerbis sibi temperet, oculos quoque & sensus omnes uelut equos ferocientes cohibeat atque cōpescat, uerumetiam alios hoīes digne & reuerenter tractet, qui sacramentū hoc susceperūt. Quilibet familiā suā habeat paulo magis in honore: liberis etiam parcant parentes, rixas & contentiones nullas intendant, iurgia ne moueāt, ad iram concitent neminem: singuli singulos mutuo se ad opera bona exhortentur propter hospitem illum, quē susceperunt, altissimum. Non illaudata consuetudine solent plurimi, cum iam susceperint sacramentum, nouem uisitare templa, sicut & dominus noster Iesus Christus die parasceues nouies hincinde ductus est ad Annam, Pilatū, Herodem &c. qua de re plura in passione. Quid multat: quilibet quā potest diligentissime à peccatis sibi caueat, ut sic diutissime thesaurum hunc tantum digne conseruet.

**Exodi. 12.** ¶ Possent hic innumeræ adduci figuræ, & mystice omnes referri ad hoc sacramentum, cuiusmodi est omne id quod circa agnum illum typicum gestum est. uerum iis omissis omnibus, tantum fructus & utilitates huius sacramenti, simul ac incommoda indigne illud sumentū breuiter explicabimus: quia generalis ista in hoc sacramento regula est, quod omnes tum uirtutes tum operationes, quas habet materialis iste cibus & potus ad hanc uitam corporis, eas etiam sacramentum illud habet in uita spiritus.

**Johan. 1** ¶ Principio itaque quisquis sacramentum hoc digne suscipit, magnam quoque diuinæ gratiæ augmentum recipit. sicut enim dominus noster Iesus Christus in hunc mundum cum gratia uenit, secundum quod Iohannes ait, Gratia & ueritas per Iesum Christū facta est, & hanc gratiam qui hic suscipit, illic gloriam habebit æternam, quia gratiam & gloriam dabit dominus: ita sacerdos quoque orat in missa, oblato iam illo immenso sacrificio domino deo, ut quotquot ex hac altaris participatione sanctum filij tui corpus & sanguinē sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Quamobrem cum morientibus etiam & infirmis quibuslibet cura magna adcurandū est, ut in tempore sacramentū suscipiant:

quia dum hic maiorem gratiam, illic etiam gloriam hu-  
beriores acquirunt. Vnus autem gradus gloriae multis  
modis effusissima etiã totius mundi gaudia superat: & ta-  
men hac ipsa, quæ hic abundantius confertur, gratia, uir-  
tutes omnes in homine emendantur: fitq; adeo homo p-  
eucharistiam mansuetior ad correctionem, patientior ad *Bernard.*  
laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelã, for-  
rior ad rutelam, ad obedientiam promptior, & ad gratia-  
rum actionem deuotior. Atq; ideo peculiari uocabulo  
sacramentum hoc eucharistiã appellamus, quando enim  
ipse hic Christus est, æterna dei patris sapientia, quid ue-  
tat quo minus dicamus & gloriemur, uenisse nobis omnia *Sapien. 7*  
bona pariter cum illo? Hac eucharistia & maxime gratiæ  
participatione in omni bono stabilimur, firmamur, con-  
fortamur, quia panis cor hominis confirmat, robustiores  
itaq; hinc efficimur in omni uirtutum operatione, cui ni- *Psalm. 103*  
mirum significãdo legimus cum manna simul quoq; ro- *Num. 11.*  
rem cælitus descendisse: sic etiam sumentibus nobis panẽ  
illum qui de cælo descendit, uiuum, rorem simul gratiæ *Johan. 6*  
diuinæ suscipimus & pinguedinem, sicut Isaias fore præ-  
dixit, inquit: Comedet bonum (hoc est, ut Glossa habet, *Isai. 11.*  
Christum) & delectabitur pinguedine, gratiæ nimirum di-  
uinæ & sanctarum uirtutum.

2. ¶ Operatur in nobis sacramentum illud remissio-  
nem peccatorum, quando peculiariter à Christo institu-  
tum est in augmentum uirtutum & quotidianæ fragilita-  
tis medicamentum. Huc tamen adhibendo salem sapien-  
tiæ & syncerioris intelligentiæ, neque enim intelligen-  
dum sic est quasi sacramentum hoc peccatum mortale in  
se adimat & remittat, cū sæpe superioribus hominibus per  
nos sit dictũ, eos q in pctõ mortali sacramentũ illud sus-  
cipiunt, non modo non fructum aliquem inde auferre,  
sed ipsissimam perniciem & mortem ex eo reportare, pla- *4. Reg. 4.*  
neque clamare cum illis apud Eliseum, Mors est in olla.  
Quia sic plane est, sicut cibus corporalis cadaveri nihil  
conducit de mortuo, etiam intrusus: ita mortuæ in pec-  
catis animæ hæc esca nil prodest, imò panis ille nocebit  
etiam ijs, qui iã inde à cunis ueneno fuerint enutriti, sic-  
ut puella ista, quam Aristoteles refert Alexandro regi

In Euro.  
ca. 21.

donatam, cum qua si concubuisset rex, mortem non effugisset. Quisquis itaque ueneno peccatorum mortalium nutritus fuerit, ei sacramentum hoc tantum nocebit & aduersabitur. Sic igitur intellige in hoc sacramento peccata dimitti. Primo, quia illud hominem a peccato mortali praeseruat. nam homo in gratia dei iam confirmatus, facilius peccatis omnibus a deo tentationi resistere potest. unde multos legimus uarijs tentationibus afflictos, sumptione huius sacramenti ab illis liberatos. Aeneas Syluius scribit, in Stiria nobilem quendam fuisse, cui saepe in animum incidere seipsum laqueo suspendere, datumque illi a presbytero consilium, ut quotidie missam audiret: paruisse nobile atque annum ferme continuasse, nulla suspendii cogitatione interueniente. Postremo rogatum a sacerdote, ut presbytero uicino qui templi dedicationem in proximo monte habiturus esset, auxilio esse posset, licentiam dedisse, proponente in animo paulo post sequi & sacris interesse. Stetit diu postea, nunc una, nunc altera causa retentum. Denique circa meridiem profecturum, agresti cuidam in nemore occurrisse, qui rem diuinam in monte peractam esse & populum omnem abiisse diceret. Contristatum eo nuncio nobilem, infelicemque se esse dicentem, agrestem consolari coepisse. Venditurum, si uellet nobilis emere, premium quod inter existendum diuinis meruisset: sagumque nobilis petiuisse precij nomine. Venditione facta, nobile nihilominus montem ascendisse, orasse in templo. Reuersum autem, in proxima arbore suspensum agrestem inuenisse: sed postea diris cogitationibus haudquaquam uexatum fuisse. Ecce quomodo sacramentum illud in missa per alium sumptum, nobilem hunc a tentatione proprii suspendii liberauit: quanto plus proderit, si quis digne suscepit ipse?

2. Venialia peccata & quotidie ex fragilitate contracta adimit hoc sacramentum, sicut poenitentia mortalia. id adeo beatus Ambrosius uidit, cum diceret, panis iste quotidianus sumitur in remedium quotidianae infirmitatis. Ambrosi. Sic quoque sanctus Augustinus, semel inquit, oblatum est Christus in semetipso, & tamen quotidie immolatur: quotidie Augusti. ergo sacrificium offertur pro peccatis, quia quotidie pec-

COENAE DOMINICAE. 513

camus, nisi saltem peccatis, sine quibus humana non potest fragilitas consistere. Sic communiter dicunt doctores, quia eucharistia si digne sumatur, a malo liberat, & confirmat in bono, uenialia delet, & cauet mortalia.

3. ¶ Contractam quoque peccatis mortalibus poenam delet eucharistia: dum enim poenitentia facta confessus es peccata tua, mutata iam sic poena, quam peccatis merueras, aeterna in temporalem, per absolutionem sacerdotis & uirtutem clauium ecclesiae, & iam sacramentum hoc sumis, bona pars poenae illius aufertur; imò tanta tum deuotione, tum charitate suscipere quis potest sacramentum, ut totius poenae committatur sibi conferatur remissio: in quem sensum intelligendae sunt collectae omnes, quibus ecclesia subinde sacramentum hoc remissionem peccatorum & abluitionem uocat scelerum, ut in quadragesima: Hec nos domine communio purget a crimine, & caelestis remedii faciat esse consortes. & rursus in alia, Per huius domine operationem mysterij, & uirtus nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Et cum idem saepius toto anno oret in collectis, tum uero apertissime in missa generali beat. Augustinus, pro uiuis & defunctis sic ait: Purificent nos quaesumus omnipotens deus sacramenta quae sumpsimus, & in tercedentibus omnibus sanctis tuis praesta, ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad ueniam. sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum. sit uiuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum.

4. ¶ Et tamen adhuc modum inuenio, quo potest sacramentum illud esse remissio peccatorum, estque is talis: Si quis pro uiribus suis peccata ante confessionem recogitet, & ibi tamen aliquid uel non occurrat cogitanti, uel confitenti iam exciderit, illud sane sacramenti huius manducatio adimit in illa generali peccatorum omnium poenitentia. Atque hoc ipsum est quod ecclesia orat in Complenda: Tui domine perceptione sacramenti & a nostris mundemur oculis, & ab hostium liberemur insidijs. Quo pertinet illud, quod ex institutione domini oramus ac petimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. panem utique

Innocentius  
Parte. 3.  
de. of. n. i. c.

Feria. 2.  
Reminis.

Augustinus

Feria. 5.  
post Inno  
cauit.

Matth. 6



etiam intelligentes illū corporis Christi, ideo à Mattheo super substantialē appellatū. Statimq; post id sequit̄ in oratione, & dimitte nobis debita nostra, qđ argumēto nobis esse pōt, per hunc panē à præsētib; & imminētibus malis nos liberari, Nunc ad alios pergamus communio- nis fructus.

3. ¶ Deuotionem quoq; porro & feruentē erga deū charitatem operatur in nobis illud sacramentū, adfectūq; bonum omnem renouat, quē partim peccatis, partim mūdanis occupationibus amiseramus: quia sicut cibus corporalis, quicquid calore naturali absumptū fuerat restaurat, ita quodcunq; in nobis seruator concupiscentiæ & peccati decoxerat, id nobis hoc sacramento plene restituitur: qđ & facit, ut rursus de deo cogitare, illumq; ardentē amare incipiamus. Vnde ecclesia quoq; id à domino petens, orat: Præbeant nobis domine diuinum tuum sancta feruorem, quo eorum pariter & actu delectemur & fructu. Id uero inde prouenit, quia sacramentum illud, dum nos uniuertit deo, etiam in se transmutat. In quo etiam panis hic spiritualis multo efficacior est corporali, quando hic in naturam & carnē uertitur manducantis, ille uero etiam manducantem transmutat in se, nō secus atq; si Christ⁹ ipse ex sacramento loqueretur ei qui sumere uelit: Cibus sum grandium, ego non mutabor in te, sed tu mutaberis in me. Et quemadmodum sigillum formam cere non adsumit, sed suam illi præbet: ita sigillū dei pretiosum hoc sacramentum, pectori nostro impressum, ipsi diuinā suā formam communicat. Hoc modo sacramentum illud in se conuertit & attraxit sanctum Paulum, adeo ut dixerit, Viuo non ego iam, sed uiuit in me Christus. hoc modo sibi deuinxit sanctissimū martyrem & pōtificem Ignatiū, ut in illius iā defuncti corde à reliquo corpore resecto, inuenerint ethnici nomen Iesu descriptum. Neq; aliter Monica, dignissima utiq; tanto filio mater, ex hoc sacramento adeo efferbuit atq; exarsit animo, ut etiam humi sublata, in hanc uocē prorumperet: Eia eia euolemus in cęlū. Quia sicut ignis ignitum reddit ferrum, ita ignis charitatis diuinæ, animos nostros in hoc sacramento accendit & inflamat, sicut beata Agnes confessa est, dicens: Iā corp⁹

*Feria. 2.  
Post Palmarum.*

*Augustin.*

*S. Ignatius.*

*S. Monica mater August.*

*S. Agnes*

et corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas.

4. ¶ Præterea conducit hoc sacramentum ad corporis simul & animæ tutelam, quod subinde in officio missæ commemorat ecclesia. Iam enim dicit, Mysteria nos quæsumus domine sumpta purificent, & suo munere tueantur. & aliàs rursus, Sacramenta quæ sumpsimus domine deus noster, & spiritualibus nos repleant alimētis, & corporalibus tueantur auxilijs. Iterum quoque, Sit nobis dñe reparatio mentis & corporis cæleste mysterium, ut cuius exequimur actionem, sentiamus effectum. Idem clare testatur Ambrosius, inquiens: Qui uulnus habet, medicinam requirit: uulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est cæleste & uenerabile sacramentum, scutum quoque & firmamentum eorum, qui in agone contendunt fortiter aduersus diabolum, quod olim figuratum est in agno paschali iudeorum, quos ex mandato dei oportebat de sanguine agni perungere postes & superliminare, quo uno præmunebantur ab angelo deuastante, & in reliquis ædibus undique primogenitos occidente. Consimili plane modo nos quoque, cum agnum nostrum suscipimus, cum commemoratione passionis Christi perungimus superliminare animæ nostræ, hoc est, rationem nostram, & utrunque postea animæ, appetitum scilicet concupiscibilem & irascibilem, nec affligimur neque cædimur ab exterminatore angelo, & omnibus aduersantibus nobis, securi uel ex hoc uno psalmi, Paraisti in conspectu tuo mensam aduersus omnes qui tribulant nos: quia dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Et, Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Hoc sanctus Chrysostomus quoque obseruauit, cum ait: Ut leones flammam spirantes de mensa domini recedimus, terribiles dæmonibus facti.

5. ¶ Ad extremum denique perfectam animæ uitā largitur hoc sacramentum, quod etiā ecclesia a domino petens, orat: Sancta tua domine nos sumpta uiuificet, & misericordiæ æternæ præparent expiatis. Et iterum, Oblatum tibi domine sacrificiū uiuificet nos semper & muniat. Hoc etiā est quod dñs apud Iohannē ait: Qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hoc quoque uidēs Ambrosius, dixit:

Dominica  
4. post pentecost.

Feria. 4  
post Letare.

Dominica  
8. post pentecost.

Ambrosius.

Exodi. 12

Psalm. 22

Chrysost.  
sup Johā.

Dominica  
3. post pentecost.

Feria. 2  
post Letare.

- Ambrosi<sup>9</sup>.** Iste est panis uitæ æternæ, qui substātiā nostrā fulcit, quamuis idem ille malis & indigne sumentibus animā præcipitat magis in interitum, iuxta illud quod canit ecclesia: Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali uitæ uel interitus. Mors est malis, uita bonis, uide paritatis summptionis quā sit dispar exitus. Hoc idem præuidit in spiritu Dauid, cum diceret: Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt dominum, qui requirunt eum. uiuent corda eorum in seculum seculi. Confert & uitam corporalem hoc sacramentum, quando multis utique infirmantibus uel inter media animæ iam emigraturæ suspiria datum, uitam illis prorogat temporalem: qui morituri utiq; fuerant, nisi illud suscepissent. Quæris unde id fiat? Ecce cū uelut mortua plenāq; stupore membra iacent, iamq; de morte tantum & uita ambigitur, uruntur illa & (si quid inest uitæ) excitantur. Vis & animæ cauteriū uidere? sacramentum hoc ipsum est, quod in titionis figura præuidit lezechiel. adurit enim imò absomit quicquid in anima est putre & morbidum. Viuificans igitur sacramentum illud hic animam per gratiam, in futura uita gloriam quoq; impetrat æternæ salutis, sicut & Elias in fortitudine cibi sibi diuinitus missi ambulauit usq; ad montem dei Oreb. Det nunc deus, ut nos quoq; in uirtute huius panis ambulemus in montem dei usq; in æternam. scilicet felicitatem, teste ut uerissimo, ita certissimo, Christo dño dicente apud Iohannem: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. quia quisquis hic digne manducat cibum illum angelorum, perueniet tandem usq; ad montem dei Oreb, ad saturitatē illam mensæ dñi in æterna gloria. Quam nobis donet, qui est benedictus in æuum, Amen.
- In sequentia.**
- Psalm. 21**
- Zezechi. 1.**
- 3. Reg. 19**
- Iohan. 6.**
- Oreb.**

HOMILIA SEXTA ET VLTIMA,  
de malis atque incommodis indigne  
sumentium uenerabile illud eu-  
charistie sacra-  
mentum.

**S**i quis tantæ sit duritiæ homo, ut immensis illis cõ-  
modis nõ moueatur ad percipiendũ hoc sacramen-  
tum, neq; gratias & dona quæ inde proueniunt cõ-  
sideret, nõ securitatem & trãquillitatem conscientiæ, non  
tutelam etiam temporalem, non premiũ æternæ salutis:  
atqui saltem urgeat istum perniciis maxima corporis &  
animæ eorũ, qui indigne sumunt sacramentum. Et ne cui  
quã aliquod dubiũ incidat de pœna malorum, primum  
omnium probabiles rationes adducemus, quãobrem cre-  
dere debeãt omnes homines, uenerabile hoc sacramen-  
tum huiusmodi fructus exercere in anima boni & syn-  
ceri Christiani, sicut ante per nos ostensum est: idq; bene-  
ficio & auxilio diuinæ omnipotentia, secundum bene-  
placitum suæ uoluntatis.

¶ Ecce enim in euangelio legimus mulierẽ duodecim *Matth. 9.*  
iam annis profluuiio sanguinis laborantẽ, hoc uno sana-  
tam, q̄ simbriam dñi tetigit. Quis ambigit corpus illius,  
in quo natus, passus & mortuus est, plus habere uirtutis  
à deo q̄ simbriam? Deinde ligno isti quod erat in medio *Gene. 2. 3.*  
paradisi, uim hanc indidit deus, ut hominibus uitã corpo-  
ralem ppetuo prorogaret: & panẽ illũ immortalẽ, anime  
uitam reddere posse negabim⁹? Fatemur oēs ex certa san-  
ctæ historiæ ueritate, semicinctia & sudaria Pauli uirtu- *Actuũ. 19.*  
tis tm̄ habuisse, ut imposta infirmis, sanarẽt eos, & demo-  
nia ex obsessis eiicerẽt: & adhuc dubitam⁹ corpus Christi  
morbos sanare corporũ, & dæmones ex animabus homi-  
num pellere posse?

¶ Si umbra Petri, principis quidem apostolorũ, sanauit *Actuũ. 5.*  
egrotos, quid ueritas poterit corporis Christi, qui rex est  
angelorũ & hominum? Præterea si Iohãnes solo cõtactu,  
hominis infidelis Aristobuli tres mortuos resuscitauit,  
quanto magis credendũ est, deũ adesse habitui & indumẽ-  
to suæ diuinitatis, adsumptæ scilicet naturæ humanæ, q̄ *Philip. 2.*  
ille ut homo indutus ac uestitus est? Nemo itaq; dubiter,  
multo plus corpori suo tribuisse uirtutũ & fructuũ, quã  
enarrauerimus ipsi. siquidem corpus illud sanctissimum  
in unitate suæ personæ suscepit, in eodẽ salutẽ operatus  
mundi, morte iam deuicta & superato diabolo: illud de  
inceps super choros eleuauit angelorũ, cõstituit ad dexte-  
kk in

ram patris sui omnipotentis, in quo etiā anima illa sanctif-  
sima sub finem mundi iudicabit uiuos & mortuos. Hoc  
ipsum Christi corpus quisquis manducat digne, eū pluri-  
mos supra enumeratos acquirere fructus, dubiū nō est: &  
uticissim qui sumit indigne, immēsa sibi mala cōciliat. Et  
primū quidē qui nō indigne tantū manducat, sed etiā uel  
māducare oīno cōtemnit, uel in pētō mortali accedit, uel  
seipm nō satis excutit & pētā sua recogitat, uel cōfess<sup>o</sup> nō  
est, uel si cōfessus est, absolutionē ex sacerdote nō est cōse-

- Ambrosi<sup>o</sup>.** cutus, denuo iam peccatū mortale & quidē maximū com-  
mittit: quia qui pollutus (inquit Ambrosius) accedit, non  
solū corp<sup>o</sup> Christi lacerat, sed totā trinitatē adunatā cor-  
pori Christi inhonorat. Et infra, Pōnā mortis Christi me-  
rētur, ac si Christū occidissent, qui indigne percipiūt. Esse  
aūt pētā illud sane magnū eorū qui Christū crucifixerūt,  
**Matth. 23.** uel ex ihs uerbis Christi apparet, quādo dixit Iudæis: Ve-  
niet super uos omnis sanguis iustus a sanguine iusti Abel  
usq; ad sanguinem Zachariæ. Quis est aut Christianorū,  
qui non abominetur pētā Iudæorū, Christum crucifigen-  
**Gregori<sup>o</sup>.** tium? Quis qui non auersetur pētā Iudæ traditoris? At  
quotusquisq; indigne sumentium est, qui cogitet se in ea-  
dem cū omnibus illis eē nauī pētōrum? Aut nonne de quo  
libet sic indigne sumente, sicut de Iuda dicit dominus,  
Ecce manus tradentis me, mecū est in mensa? Nam sicut  
Iudas tradidit Christum malis Iudæis, ita hi indigne com-  
municantes, tradunt Christū peccantibus membris. Imō  
quotquot sunt huiusmodi, Christiani quidem censentur  
**Apoca. 3** partim titulo, partim externis gestibus, sed meritis & uir-  
tutibus quiduis potius quā Christiani, atq; ideo grau<sup>o</sup>  
peccant, & ad eos dicit Iohannes, quoniam uiuentis no-  
**Job. 20.** men tantū habent, cætera mortui. atq; ideo panis ille san-  
ctus ipsis in iudiciū cedit & mortē uertiturq; ut ait Iob, in-  
fel aspidum intrinsecus. Quāuis autē tempore quo præ-  
**Chrysost.** ceptū est sumere sacramentū, intermittere illud sine pec-  
cato non liceat, tñ peccatū maius habent, qui illud in pec-  
catis suscipiunt. Et sicut cibus corporalis, cum uentrē in-  
uenit a diuersis humoribus occupatum, amplius lædit,  
magis nocet, nullum præstat auxilium, ita est cibus spiri-  
tualis, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eū

perdet, non suo, sed accipientis uitio. Ne itaq; putet quisquam sacramento illo malitiam suam supportandam, sicut per Ieremiã dicit dominus: Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? quasi dicat, nihil minus. Imò nõrit, contra legem dei facere se & præceptum domini, quo ille mandauit sanctum carnibus nõ dari debere, quia quicũq; sic faciunt & peccatis presumunt, iumētis cõparant insipiētibus, & similes fiunt illis.

Jeremi. 12

Matth. 7.

Psalm. 48

2. ¶ Diabolus quoq; eos qui indigne sacramentũ suscepere, ingreditur ac obsidet, quis corporaliter nõ excruciet, neq; torqueat illos: sic contigit Iudæ, qui cum intinctum à Christo panem accepisset, intrauit in eum sathanas. ubi Augustinus dicit, quod sicut Iudas, non q; malitiam quippiam suscepisset, sed quia bonum male sumpserat, lo cum dedit diabolo, sic quilibet facit, qui indigne suscipit corpus Christi. Et infra, Ideo quisq; conscientiam mundam adferat ad hoc sacramentum, ne si adferat immundam, admittat diabolus ut Iudas. Discat inde unusquisq; quomodo insidietur diabolus n̄s, qui impure sanctissima tractant mysteria dei. Periculum est enim, ne septem spiritus immundi in huiusmodi hominem ingrediantur, sicut in euangelio legitur. Tu Cyprianum quoq; uide, quomodo contigerit aliquando puero cuidam, qui cum ex idolothytis comedisset, quomodo se gessit, quando intrusum deinceps sibi quoq; gustauit sacramentum. Neq; raro in historijs legitur, quo pacto obsessi sint à dæmonib; qui indigne sumpserunt hoc uenerabile sacramentum.

Augustin.

Leo.

In sermo

de lapsis.

3. ¶ Quid quod sæpenumero corporaliter isti affliguntur, ægrotant, moriuntur nonnunquam subito: secundũ quod Paulus testatur, cum ait, Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. moriuntur scilicet, ut habet Glossa. Aut non putas multos subitis febribus correptos, uarijs morbis afflictos, diuturnis cruciatibus extabescentes, demortuos, qui indigne sumpserint sacramentum? Vtiq; etiamnum uidemus plerosq; post imminetia hæc festa paschalia, morbis corripì, uexari. unde etiam tunc

1. Cor. 11

Glossa.

**Hymnus.** ecclesia suppliciter pro ijs dñm precat, in hymno dicens: Quæsumus autor omnium, in hoc paschali gaudio, ab omni mortis impetu tuum defendas populum.

**2. Reg. 6**

**2. Para. 26**

**Sene. 3**

**Dani. 5**

**Num. 21**

**Hebr. 10.**

**Hebr. 6**

**1. Corin. 11**

**Matth. 26**

**Matth. 27**

¶ Sic subito mortuus est Oza ex arcæ contactu. Sic leprosus factus est rex Ozias, q̄ præter conditionem officij sui, sacrificasset. Adam & Eua primi parentes nostri, quia de cibo uetito comederant, profligati & eieci sunt de paradiso cum omni posteritate sua. Balthasar rex qui ex uasis sanctificatis domino, biberat, grauius afflictus est à domino, sicut prædixerat illi Daniel: sequenti quoq̄ nocte misere confossus, occubuit. Ii omnes quando grauius & duriter adeo supplicia malorum suorum condigna sustinuerunt, quid de Christianis futurum putas? Ecce cum fastidio indignantibus Iudæis super eo, quod illis affatim de cælo dabatur manna, & dicentibus, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, grauius iratus est dominus, & immisit eis serpentes igneos, ex quibus multi eorū infirmati & mortui sunt. Quod si igitur non pepercit deus Iudæis indigne manducantibus manna illud, an Christianis parceret, indigne sumentibus etiam sanctissimum corpus Christi? Quin potius, ut ait Paulus, Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in q̄ sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

¶ Hoc etiam inde colligitur, quod n̄ qui mortis Christi fuerunt autores, omnes graui morte perierunt: eorū autem, qui indigne hoc suscipiunt sacramentum, p̄ctm̄ equale est ei, quod commiserunt qui crucifixerunt Christum, iuxta illud Pauli, rursus crucifigentes sibi metipsis filium dei, profecto enim qui manducat indigne, reus est corporis & sanguinis domini. Quid est hoc, inquit Ambrosius, esse reum? hoc nimirum, sicut isti rei sunt, qui Christum nihil tale commertum occiderunt. Sicut ergo dixit dominus, Væ homini, per quem filius hominis traditur: ita uæ quoq̄ illis, per quos Christus denuo crucifigitur. Væ uæ inquam omnibus, quotquot eum in mala conscientia sub sacramento suscipiunt: qui quis illū non tradunt crucifigendum, tamen membris inimici offerunt uescendū.

¶ Quid multa? sic omnino accidit Iudæ, qui sacramentum in-

digne sumpsit, deinde prodidit dominū ac tradidit exili  
& sordido precio uenditū Iudæis, mox desperās abiit & la- Actuū. 2  
queo se suspendens, crepuit medius: quoniā indigna erat  
anima ipsius maledicta quæ per os exiret, ubi sanctissimū  
corpus domini ingressum fuerat.

¶ Sed quid longius ijs immoramur, quādo quod malo  
rū omniū & maximum & extremū est, eos manet, qui in-  
digne suscipiunt sacramentum? pœnam enim acquirunt  
damnationis æternæ, secundū illud Pauli: Quisq; mādu- 1. Corin. 11  
cat & bibit indigne, iudiciū sibi māducat & bibit. Aut qd  
aliud est iudiciū hoc, nisi damnatiōis? Sic uere dici pōt  
huiusmodi homini, qd Christus dixit Iudæ: Melius fuerat Matth. 26  
ei, si natus non fuisset homo ille. Et quid mirū, si in pētis  
accedentem uel ima terra dehiscens absorberet, non ali- Nume. 16  
ter quā Dathan, Chore & Abiron?

¶ Sic quoq; præcepit dñs in lege: Anima polluta quæ Leuit. 7  
ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata ē do-  
mino, peribit de populis suis. Et hō igit q in pētis consti-  
tutus, manducauerit de sancto illo Christi sacrificio, qd  
pacem nobis in cælo simul ac terra restituit, eiectus omi-  
no peribit de populo & grege beatorū, detrusus in carce-  
res damnatorū. Væ uæ homini, qui tā immemor salutis  
suæ, tā non sollicit⁹ de felicitate & uita futura, nihil plane  
meminit animæ suæ. Et misæ sane quod nō, cōniūte dño  
deo, in huiusmodi hominē diabol⁹ ingreditur, uisceraq; Actuū. 2  
illius dirūpit, ut Iudæ. Cerre sic afflixit deus Bethsami- 1. Reg. 6  
tas, eo quod arcā tm̄ domini uiderāt indigne, ut quinquā-  
ginta millia morte perirēt. Huiusmodi sane & id genus  
alias plures pœnas, quas præparauit deus ijs, qui indigne  
suscipiūt sacramentū, & proprie & serio spirit⁹ sanctus p  
os Dauidis prædixit: Fiat mēsa eorū coram ipsis in laque- psalm. 68  
um, quia hic peccant: in retributiones, ecce pœnas: & in  
scandalum, quo ad proximum. Obscurent oculi eorū ne  
uideāt, ecce cæcitas mentis: & dorsum eorū semper incur-  
ua, ecce uicti iacent sub tentationibus. Effunde super eos  
iram tuā, & furor iræ tuæ cōprehendat eos, ecce flagella  
dei. fiat habitatio eorū deserta, & in tabernaculis eorū nō  
sit qui inhabitet. Id demum fit, quum isti omni gratia  
cunctisq; dei donis priuati, iamq; consolatiōis expertes,



desperare incipiunt, & nihil boni uel cogitant amplius uel operantur. Postremo, q̄ id fieri potest diligentissime, admonitos in Christo uos uolo, ut quàm chara uobis est corporis & animæ uita, tam solícite caueatis, ne indigne tantū suscipiatis sacramentum, in detrimentum temporale & damnationis æternæ iudicium: quoniam eo maxime diuina offendi maiestas solet. Prospicite igitur, ut quod in bonū, cōmodum, remediū & salutem uobis est institutum atq; à Christo relictum, id ne uertatis in perniciem uestram: quod hic non Christum tantū, sed totā simul trinitatem in uos concirabit. Conqueritur ecce dominus deus & pater ille cælestis aduersus indigne summentem, cū iacob dicens: Fera pessima deuorauit filium meum, bestia deuorauit filium meum.

Sene. 37

Palm. 68.  
Matth. 26Iezech. 18  
2 33.Palm. 94  
Iosue. 7.  
Luc. 15

Joel. 2

¶ Conqueritur super huiusmodi p̄tōre & filius ipse Christus dominus: Dederunt, inquit, in escam meā fel. Conqueritur & spūs sanctus, dicens: Iuda, osculo filium hominis tradis. Quilibet em̄ hoc modo sacramentum sumens indigne, sub specie, fūco & prætēxtu Christiani nominis, Christū tradit mēbris suis in p̄tō sepultis. Quid ergo facis o Iuda? quid cogitas? An damnationem ultro tibi paras? An charitatem dei contemnis? Ne id facias, per Christum rogo, illius passionem amarissimā in te perire non sine, quin potius conuertere ad dominū ex toto corde tuo, & inuenies gratiam atq; misericordiam apud dominum. Ecce em̄ uiuo ego, inquit dominus, nolo mortem p̄tōris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Humiliate coram deo, procidens plora ante dominum, confitere p̄tā tua, & da gloriam deo cum rege Acham. Ingrediens quoq; animi tui intimos recessus & abdita cordis penetralia, dic cū filio prodigo: Pater, peccaui in cælū & corā te, non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unū de mercenarijs tuis. Quis scit, si conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionē? Vt sic tu quoq; in hac præsenti uita post indulgentiā & remissionē p̄tōre tuorū, gratiā ipsius imperres, & post hanc uitā, uitā illam sempiternā. Quā nobis om̄ibus misericorditer concedat Iesus Christus dominus noster, Amen.